A	B	C	D	E	F	G	H	I	K	
iiii	xv	xxvi	vii	xviii	xxix	x	xxi	ii iii		
L	M	N	O	P	Q	R	S	T		

a [A]pud siciliam ciuitate catenensiũ: natalis sancte agathe virginis et martyris. que post alapas et carcerẽ. post equuleũ ꝛ tortiones post mãmillarũ abscisionẽ: post volutationem in testulis et carbonibus: tandẽ sub iudice quinciano ĩ carcere consummata est. Vienne. beati auiti episcopi et ꝯfessoris. cuius fide et industria atq̃ ãmirabili doctrina ab infestacione arriane hereseos: gallie defense sunt. Et aliorum ꝛc.

m [M]ediator dei et hominũ homo iesus christus. regnũ ꝑcipere vitauit in terris: qui supernoꝝ quoq̃ spirituũ scientiã. sensũq̃ transcendens: ante secula regnat in celis. Tu autem dñe miserere nr̃i.

Octauo idus februarii. Luna

xv	xxvi	vii	xviii	xxix	x	xxi	ii iii	xiii	xxiiii	6 B
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K	
v	xvi	xxvii	viii	xix	xxx i	xi	xxii	iii iiii		
L	M	N	O	P	Q	R	S	T		

Eadem die fit anniuersarium magistri Johannis Ghiller Junioris ecclesie parochialis beate marie magdalene curati qui legauit lxxv iii s. In choro distribu[...] Infantibus vero pro arbitr[...]

Apud cesaream capadocie: natalis sancte dorothee virginis; que primū equuleo vexata. deinde palmis diu cesa ad vltimū capite punita est. In cuius cōfessione quidā theophilus scholasticus cōuersus: et mox equuleo idē acerrime tortus: nouissime gladio cesus est. Aruēnis: beati antholiani martyris. Eodem die. sanctorum episcopoꝝ vedasti et amandi. quorum et vita et mors plurimis extitit miraculis gloriosa. e quib⁹ prior atrebatēsiū: sequēs vero traiectēsiū rexit ecclesiam.

Dauid propheta: autoris iudicio pene in cūnctis actib⁹ placens. mox vt pressure pondere caruit: in tumorē vulneris erupit. Factusqꝫ est in morte viri crudeliter rigidus: qui i appetitu femine eneruiter fuerat fluxus.

Septimo idus februarii: Luna

xvi	xxvii	viii	xix	xxx i	xi	xxii	iii iiii	xiiii	xxv
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K

vi	xvii	xxviii	ix	xx	i ii	xii	xxiii	iiii v
L	M	N	O	P	Q	R	S	T

In britānia ciuitate augusta. natalis beati auguli epi: ꝗ cursum tēporis per martyriū explens: eterna meruit suscipere pmia. Item sancti moysetis epi. Hic primū in heremo vitam solitariam ducens: signis et virtutibus magnifice innotuerat. Post vero gentem sarracenorum cui episcopus fuerat factus. grandi cum ex parte ad fidem christi conuertit: sicqꝫ gloriosus meritis quieuit in pace.

Plerumqꝫ qui magisterium subito postulare cupiunt: nonnulla quoqꝫ bona opera animo proponunt. Et ꝗuis hoc elationis intentione appetant: operaturos tamen se magna pertractant. fitqꝫ vt aliud in intimis intentio supprimat atrectanti in animo. aliud superficies cogitationis ostendat.

Sexto idus februarii. Luna

i iiii

xvii xxviii ix xx ii xii xxiii v xv xxvi D

A B C D E F G H I K

ii v

vii xviii xxix x xxi iii xiii xxiiii vi

L M N O P Q R S T

Apud armeniā minorē: natalis sāctoꝝ dionisii. emiliani et sebastiani. Eodem die alexandrie: sancte corinthe martyris. Hanc pagani correctā: ad ydola pducētes: adorare cogebāt. Quod cū illa execrans recusaret: vincula pedibus eiꝰ innectētes: et p plateas totiꝰ ciuitatis eā trahētes: horrēdo supplicio discerpserūt. Ciuitate corduba: salomonis martyris.

Sepe mēs principari appetens: fit ad hoc pauida cū querit: audax cū puenerit. Tendēs enim ne non pueniat: trepidat. sed repēte pueniēs: iure sibi hoc debitū ad quod puenerit putat.

Quinto idus februarii. Luna

ii v

xviii xxix x xxi iii xiii xxiiii vi xvi xxvii E

A B C D E F G H I K

xxx iii vi

viii xix i xi xxii iiii xiiii xxv vii

L M N O P Q R S T

Apud alexandriā: passio sancte appollonie virginis. Cui psecutores omēs primū dētes excusserūt. Deinde cum minarētur viuā se eā incēsuros nisi cū eis īpia verba pferret: illa paululū quidē intra semetipsā deliberās: repēte se de manibus impioꝝ prorupit. et in ignem quem parauerant exiliuit. Sieno apud cyprum. sanctoꝝ auinionis et alexandri.

Non valet in culmine hūilitatē ducere: ꝗ in imis positꝰ non desiit supbire. Nescit laudē cū suppetit fugere: ꝗ ad hanc didicit cū deesset anhelare. Quarto idus februarii. Luna

xxx iii vi

xix i xi xxii iiii xiiii xxv vii xvii xxviii. F

A B C D E F G H I K

i iiii vii

ix xx ii xii xxiii v xv xxvi viii

L M N O P Q R S T

Rome: natalis sanctorum martyrum zonei. hyrenei · iacincti et amantii. In oriente: sancte sotheris virginis · que grauiter et diutissime alapis cesa: cum cetera quoque penarum genera vicisset: gladio martyrium consummauit. Item rome via lauicana: militum decem. Apud castrum cassinum: sancte scolastice virginis: sororis sancti benedicti abbatis. In pago rothomagensi: sancte austroberte virginis.

Plerumque in occupatione regiminis ipse quoque boni operis quis perditur: qui in tranquillitate tenebatur · quia quieto mari recte nauem et imperitus dirigit. turbatis autem tempestate fluctibus: etiam peritus se nauta confundit.

Tertio idus februarii. Luna

		i			iiii			vii		
G	xx	ii	xii	xxiii	v	xv	xxvi	viii	xviii	xxix
	A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
			ii			v			viii	
	x	xxi	iii	xiii	xxiiii	vi	xvi	xxviii	ix	
	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

Apud lugdunum: natalis sancti desiderii episcopi et confessoris. Eodem die castro nanetensi: sancti seuerini abbatis monasterii acaunensis. cuius precibus cultor dei rex clodoneus a diutina infirmitate sua liberatus est. Alexandrie: depositio sancte eufrasie virginis. que in monasterio virtute abstinentie et miraculis etiam claruit. Et aliorum sanctorum ꝛc

Indignus quisque cum regimen appetit: attendat ne per exemplum praui operis phariseorum more ad ingressum regni tendentibus obstaculum fiat: qui iuxta magistri vocem. nec ipsi intrant: nec alios intrare permittunt.

Pridie idus februarii. Luna

		ii			v			viii		xxx
A	xxi	iii	xiii	xxiiii	vi	xvi	xxvii	ix	xix	i
	A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
			iiii			vi			ix	
	xi	xxii	iiii	xiiii	xxv	vii	xvii	xxviii	x	
	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

In hispaniis: natalis sancte eulalie virginis. quā cōstat tēpore diocleciani imperatoris gloriosam martyrii accepisse coronā: ciuitate barcinona. In affrica: sanctorū martyrum saturnini presbyteri. datiui. felicis. et pelii. sociorumq; eius. qui passi sunt pro christo sub anolino proconsule. Apud alexandriam. modesti et ammonii infantium.

Non sunt promouendi ad regimē ecclesie: qui adhuc viciis subiacent. Hinc est quod preceptū est dauid: non edificare visibile templum: quia sanguinū vie belli frequētia esset. Qua figura illi specialiter āmonentur qui adhuc corruptioni sunt deditti: ne tēplum edificent. hoc est ecclesiam docere presumant.

Idibus februarii. Luna

	iii			vi			ix		i
xxii	iiii	xiiii	xxv	vii	xvii	xxviii	x	xx	ii
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
		iiii			vii			x	
xii	xxiii	v	xv	xxvi	viii	xviii	xxix	xi	
L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

13. B

Natalis sci agabi pphē apud ātiochiā. de quo btūs lucas i actib[9] aplōꝝ scribit. In militana ciuitate armenie: sci policeti martyris q̄ latine iterpretatur militū orans. Ciuitate andegauis: sancti lucinii epi venerabilis sanctitatis viri.

Non debet honoris ducatū suscipere: qui nescit subiectos tramite vite melioris preire. Neq; eni quisq̄ ad hoc preficitur: vt subditoꝝ culpas corrigat: et ipse vitiis seruiat.

Quia in anno bissextili februarius habet xxix. dies: ne bis dicatur diebus bissexti Sexto kalendas marcii: amplientur kalende ab hoc die. et dicitur hic Decimoseptimo. et consequenter sequendo numerum de parua littera.

Decimo septimo kalendas marcii. Luna

Decimosexto kalēdas marcii. Luna

	iiii			vii			x		ii
xxiii	v	xv	xxvi	viii	xviii	xxix	xi	xxi	iii
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
		v			viii		xxx	xi	
xiiii	xxiiii	vi	xvi	xxvii	ix	xix	i	xii	
L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

Notandū est quod feria quarta quatuor tempoꝝ xl[me] debet fieri anniv[er]s[arium] magri Jacobi Bertgray q[ui] legavit xxxv s. p[ro] ... distribuend.

14. C

Notandum est q[uod] die Jovis septimane iiii temporum mensis februarii ~~debet fieri anniversarium~~ una missa bassa pro dno Johanne Bontillier

Notandu est etia quod die veneris septimane iiii^or temporu quadragesime debet fieri anniversariu pro magro Henrico farquet magro domus dti sti dionysii qui nobis legavit xxxvi s par

Februarius.

Rome: beati valentini presbyteri. qui post multa sanctitatum et doctrine insignia: fustibus cesus: decollatus est sub claudio cesare. Item rome: sanctorum martyrum: vitalis: felicule et zenonis. Ciuitate iterannis. beati valentini episcopi. qui post diuturnam cedem custodie mancipatus: cum superari non posset: medie noctis silentio eiectus de carcere: decollatus est. Apud alexandriam: sanctorum martyrum bassi. antonii. protolici. qui in mare mersi sunt. Item cirionis presbiteri. moyseos. bassiniani. agathonis: qui omnes combusti sunt. Item dyonisii et ammonii decollatorum.

Qui regimen sacerdocii contendit appetere: ante in se discuciat si vita sit honori congrua. Quod si non discrepat: humiliter ad id quod vocatus est accedat. Beatum quippe culpe gemiat: qui cum culpa ad sacerdotale culmem aspirat.

In anno bissextili dr decimosexto kalendas marcii luna. Et sic consequenter sequendo numerum de parua littera.

Decimosexto kalendas marcii. Luna

Decimoquinto kalendas marcii. Luna

		v			viii		xxx	xi		iii
	xxiiii	vi	xvi	xxvii	ix	xix	i	xii	xxii	iiii
D 15	A	B	C	D	E	F	G	H	I	k
			vi			ix		i	xii	
	xiiii	xxv	vii	xvii	xxviii	x	xx	ii	xiii	
	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

Rome: sancti cratonis martyris. Qui a beato valentino fidei documentis institutus. non multis post diebus cum vxore et vniuersa domo: martyrio est consummatus. Ciuitate brixa: sanctorum martyrum faustini: et iobite virginis. In galliis: ciuitate vasionensi. sancti quinidi epi: cuius mortem in conspectu domini preciosam: miracula crebra testantur. Ciuitate iterannis: sancte agappes virginis.

Uniuscuiusque casus tanto maioris est criminis: quanto prius quam caderet maioris erat virtutis. Precedentium namque magnitudo virtutum: crescit ad cumulum sequentium delictorum.

Decimoquinto kalendas marcii. Luna

Decimoquarto kalendas marcii. Luna

	vi			ix		i	xii		iiii	
xxv	vii	xvii	xxviii	x	xx	ii	xiii	xxiii	v	16 E
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K	
		vii			x		ii	xiii		
xv	xxvi	viii	xviii	xxix	xi	xxi	iii	xiiii		
L	M	N	O	P	Q	R	S	T		

Natalis beati onesimii: de quo sanctus paulus scribit filemoni. Quē idem apostolus episcopū ordinās: predicationis verbū ei committens: apud ephesiorū ciuitatē reliquit. Hic romā perductus atqꝫ ibi pro fide christi lapidatus: inde ad locum vbi fuerat ordinatus corpus eius delatū est. Ciuitate cumis: sancte iuliane virginis. que post varia tormenta et carceris custodiā: palā cum diabolo cōflixit. Deinde flāmas igniū et ollam superans feruentē: capitis decollatione martyriū consummauit. Apud egyptum: sancti iuliani martyris: cum aliis numero q̄nqꝫ milibus. Ipso die: sācti honesti martyris

Clericiꝗ sacerdotes sue magis vtilitatis causa: ꝙ gregis preesse desiderant. Nec vt prosint presules fieri cupiūt: sed magis vt diuites fiant: et honorentur. Tu autem domine

Decimoquarto kalendas marcii. Luna

Decimotertio kalendas marcii Luna

	vii			x		ii	xiii		v	
xxvi	viii	xviii	xxix	xi	xxi	iii	xiiii	xxiiii	vi	17 F
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K	
		viii		xxx	xi		iii	xiiii		
xvi	xxvii	ix	xix	i	xii	xxii	iiii	xv		
L	M	N	O	P	Q	R	S	T		

In perside ciuitate babilonia: natalis beati polochronii epi et martyris. qui p̄sente decio p̄secutore os lapidib[9] cesus manibus extēsis: oculos ad celū erigēs: emisit spiritū. Apud vrbem concordiā: passio sancti donati. secūdiani. et romuli: cū aliis octoginta sex. In scothia: sancti funtani p̄sbyteri et cōfessoris. magne virtutis viri. Ipso die: sancti siluini taruanensis episcopi. Et aliorum sanctorum.

Cum mali sacerdotes deo ignorante non fiāt: tamen ignorantur a deo ipso propheta testante. Principes extiterunt: sed non cognoui. Sed hic nescire reprobare est. Nā deus oia nouit.

Tridecimo kalendas marcii. Luna

Duodecimo kalendas marcii. Luna

		viii		xxx	xi		iii	xiiii		vi
G io.	xxvii	ix	xix	i	xii	xxii	iiii	xv	xxv	vii
	A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
			ix		i	xii		iiii	xv	
	xvii	xxviii	x	xx	ii	xiii	xxiii	v	xvi	
	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

Natalis beati symeonis episcopi et martyris. Qui propinquus saluatoris secūdum carnem extitisse dignoscitur: ac filius cleophe qui fuit frater ioseph. Hic hierosolimorum episcopus post iacobum fratrem domini ordinatus: persecutione traiani multo tempore suppliciis affectus: martyrio cōsummatur. omnibus qui aderāt et ipso iudice mirātibus. ut centū viginti annorum senex: crucis supplicium pertulisset. Ciuitate ostia: sanctorum martyrum maximi: et claudii: et uxoris eius prepedigne: cum duobus filiis. Qui cum essent preclarissimi generis: iubente diocleciano sunt tenti atq; in exilium deportati. deinde incendio concremati: odoriferum sacrificium martyrii reddiderunt. Et aliorum sanctorum.

Sicut iniqui et peccatores ministerium sacerdotale assequi prohibentur: ita indocti et imperiti a tali officio retrahuntur. Illi enim exemplis suis vitam bonorum corrumpunt: isti sua ignauia iniquos corrigere nesciunt. Tu autem

Duodecimo kalendas marcii. Luna

Undecimo kalendas marcii. Luna

		ix		i	xii		iiii	xv		vii
A io.	xxviii	x	xx	ii	xiii	xxiii	v	xvi	xxvi	viii
	A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
			x		ii	xiii		v	xvi	
	xviii	xxix	xi	xxi	iii	xiiii	xxiiii	vi	xvii	
	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

Rome: natalis sancti gabini presbyteri. qui a diocleciano diu in custodia vinculis afflictus · p̄ciosa morte celi gaudia comparauit In affrica: sanctoꝝ publii iuliani et marcelli Treueris sancti legūcii episcopi et confessoris

Desinat locū docendi suscipere: qui nescit docere. Ignorantia quippe presulū: vite non congruit subiectoꝝ. Cecus enim si ceco ducatum prebeat: ambo in foueam cadunt.

Undecimo kalendas marcii. Luna

Decimo kalendas marcii. Luna

	x		ii	xiii		v	xvi		viii
xxix	xi	xxi	iii	xiiii	xxiiii	vi	xvii	xxvii	ix
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
	xxx	xi		iii	xiiii		vi	xvii	
xix	i	xii	xxii	iiii	xv	xxv	vii	xviii	
L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

Apud tyrum ciuitatē: beatorū martyrū. quorū numerū solius dei scientia colligit. Qui iubente diocleciano: multis tormentoꝝ suppliciis sibi inuicem succedentibus occisi sunt. Primo quidem flagris per omne corpus dilaniati: dehic diuersis bestiarū generibus traditi: sed ab his diuina virtute custoditi: post addita feritate ignis ꝛ ferri martyriū consūmauerūt. Horum gloriosam multitudinem incitabant ad victoriam tyrannius et siluanius. sed et peleus atqꝫ linus episcopus. zenobius quoqꝫ presbyter qui felici agone vna cum eis martyrii palmam adeptus est. In cypro insula: sanctorum potamii et nemesii. Alemānia: sancti galli presbyteri et confessoris. Aurelianis · sancti eleutherii epi et cōfessoris qui pro fide xpi exilio relegatus cum sancto trudone honorifice quiescit

Sacerdotes idoctos per ysaiam dn̄s iprobat. Ipsi inq̄t pastores ignorauerūt intelligētiā. Et iterū Speculatores eius ceci oīns: idest iperiti episcopi nescierūt inquit vniuersi canes muti non valētes latrare · hoc est plebes commissas non valentes resistēdo malis per verbum doctrine defendere ·

Decimo kalendas marcii. Luna.
Nono kalendas marcii. Luna

	xxx	xi		iii	xiiii		vi	xvii		ix
C	i	xii	xxii	iiii	xv	xxv	vii	xviii	xxviii	x
	A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
		i	xii		iiii	xv		vii	xviii	
	xx	ii	xiii	xxiii	v	xvi	xxvi	viii	xix	
	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

Apud siciliam: sanctoꝝ martyrũ septuaginta nouẽ. qui sub dyocleciano per diuersa tormenta confessionis sue coronã a christo sibi preparatã percipere meruerũt. In affrica ciuitate adrumeto: sanctoꝝ veroli. secundini. seruuli. et alioꝝ viginti.

Qui culmen regiminũ vocati suscipere renuunt: ipsa sibi plerũqꝫ adimunt: que non pro se tantũmodo. sed etiã pro aliis acceperũt. Cumqꝫ sua et non alioꝝ lucra cogitant: ipsis se que priuata habere appetunt: bonis priuant.

Nono kalendas marcii. Luna
Octauo kalendas marcii. Luna

	i	xii		iiii	xv		vii	xviii		x
D	ii	xiii	xxiii	v	xvi	xxvi	viii	xix	xxix	xi
	A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
		ii	xiii		v	xvi		viii	xix	
	xxi	iii	xiiii	xxiiii	vi	xvii	xxvii	xi	xx	
	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

Apud antiochiã: cathedra sancti petri. Eodẽ die. beati papie ierapolitane ciuitatis episcopi. qui iohãnis apostoli auditor. policarpi autẽ discipulus et sodalis fuit. Item sancti aristionis. qui fuit vnus de septuaginta duobus christi discipulis. Alexandrie: sancti abilii episcopi. qui post beatũ marcum secundus episcopus: tredecim ãnis sacerdotium virtute conspicuus ministrauit Vienne: sancti pascasii episcopi et confessoris admirande sanctitatis viri.

Si nostri sicut proximi curam gerimus: quasi vtrũqꝫ pedẽ per calciamentũ munimus. Qui vero suam cogitans vtilitatẽ: proximoꝝ negligit: quasi vnius pedis calciamẽtũ amittit.

Octauo kalendas marcii. luna

Septimo kalendas marcii. Luna

ii	xiii		v	xvi		viii	xix	xxx	xl
iii	xiiii	xxiiii	vi	xvii	xxvii	ix	xx	i	xii
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
	iii	xiiii		vi	xvii		ix	xx	
xxii	iiii	xv	xxv	vii	xviii	xxviiii	x	xxi	
L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

Apud smyrnā. beati sineti monachi et martyris. qui iubente maximiano imperatore tētus. cum se christianū esse confiteretur: capite cesus est. Item natalis sexaginta duoꝝ: qui martyrii certamē in prefata vrbe consummātes regna mansura perceperunt. Ipso die. policarpi presbyteri et confessoris. qui cum beato sebastiano plurimos ad christi fidem conuertit. atq; ad martyrii gloriā exhortando perduxit.

In anno bissextili leguntur duobus diebus he due lectiones. Primo die dicitur ad lectionē martirologii Septimo kalendas. Secūdo die Sexto kalēdas. In quotatione vero lune legitur vterq; numerus. minor quidē die prio maior die secundo. Et mutatur littera dominicalis: vt si erat b. accipitur a. Si a. g. et sic similiter suo modo.

Sunt nōnulli qui magnis muneribus ditati. dū solius contemplationis studiis inardescūt: intendere vtilitati proximoꝝ in predicatione refugiunt: secretū quietū quietis diligunt: secessum speculatōis appetūt. De quo si districte iudicetur: ex tātis ꝓculdubio rei sūt: q̄tis veniētes ad publicū ꝓdesse potuerunt

Septimo kalendas marcii. Lnua

Sexto kalendas marcii Luna

iii	xiiii	xx vi	vi	xvii	xxix	ix	xx	i	xii
iiii	xv	xxv	vii	xviii	xxviii	x	xxi	ii	xiii
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
xxiiii	iiii	xv	xxvii	vii	xviii	xxx	x	xxi	
xxiii	v	xvi	xxvi	viii	xix	xxix	xi	xxii	
L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

Natalis beati mathie ap̄l'i. q̄ post ascensionē dn̄i ab ap̄l'is sorte electus: apud iudeam christi euangeliū predicauit. Item inuentio capitis precursoris dn̄i. qui tempore marciani principis qn̄ isdē ꝑcursor duobus monachis primū vbi idem eius caput celatum iaceret reuelauit. In cesarea capadocie: sancti sergii martyris. cuius gesta preclarissima habentur.

Sunt nonnulli qui ex sola humilitate refugiūt: ne his quibꝰ se impares estimant preferantur. Quorū profecto humilitas. si ceteris quoqꝫ virtutibus cingitur. tunc ante oculos dei vera est: cum ad respuendum hoc quod utiliter seruire precipitur. pertinax non est:

Quinto kalendas marcii. Luna

G 25	v	xvi	xxvii xxvi	viii	xix	xxx xxix	xi	xxii	iii	xiiii
	A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
	xxv xxiiii	vi	xvii	xxviii xxvii	ix	xx	i	xii	xxiii	
	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

Apud egiptū: natalis sanctoꝝ victorini. victoris. nichofori. claudiani. dioscori. serapionis et papie. sub numeriano imperatore. Quoꝝ primus. secundus. et tercius pro cōfessione deitatis constanti. exquisita suppliciorꝫ genera tolerantes. reliqui quattuor: claudianus. et dioscorus flāmis incēsi. serapion ꝛ papias gladio cesi sunt. oēsqꝫ celebre martyriū dedicauerunt.

Diuinis dispensationibus subditur: atqꝫ a vicio obstinationis alienus est: cum sibi regiminis culmen imperatur. si iā donis preuentus est quibus et aliis presit. et corde debet fugere et inuitus obedire.

Quarto kalendas marcii. Luna

A 26	vi	xvii	xxviii xxvii	ix	xx	i	xii	xxiii	iiii	xv
	A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
	xxvi xxv	vii	xviii	xxix xxviii	x	xxi	ii	xiii	xxiiii	
	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

In ciuitate pergem pamphilie: natalis beati nestoris episcopi. Qui persecutione decii. cum die noctuqꝫ orōni īsisteret: postulans vt grex xpi custodiretur cōprehensus. nomē domini mira libertate et alacritate confessus. equuleo crudelissime tortus est. et in crucis suspendio victor migrauit.

Apud alexandriam: sancti alexandri episcopi gloriosi seni[s]. Hic post beatum petrū: arrium presbyterū suum heretica impietate depravatū: et divina veritate convictū de ecclesia eiecit. ac postea inter trecentos decem et octo patres: eundem in niceno concilio damnavit.

Multis intercipit sathanas fraudibus. eos qui vite et sensus utilitate prestantes: preesse et prodesse aliis nolunt. Et dū eis regimen animarū imponitur: renuūt. consultius arbitrātes ociosam vitam degere: q̄ lucris animarū insistere.

Tertio kalendas marcii. Luna

		xxix							
vii	xviii	xxviii	x	xxi	ii	xiii	xxiiii	v	xvi
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
xxvii			xxx						
xxvi	viii	xix	xxix	xi	xxii	iii	xiiii	xxv	
L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

Alexandrie: passio sancti iuliani martyris. Is cum podagra constrictus esset: ut neq̄ incedere neq̄ stare posset: una cum uno ministro suo in sella iudicii offertur. Qui camelis impositi per totam iubentur circunduci urbem: et flagris hinc inde spectāte populo laniari. usq̄quo finē ipsis verberibus sortirētur. In hispaniis: civitate hyspalis: natalis sancti leandri episcopi et ꝯfessoris: cuius predicatione ⁊ industria tota gēs gothorum ab arriana impietate conversa est. Lugduni: sancti baldomeris viri dei: cuius sepulchrum crebris miraculis illustratur.

Sancti viri nequaq̄ secularium curas appetunt: sed occulto ordine sibi superimpositas gemunt. Et q̄uis illas per meliorem intentionem fugiant: tamen per subditam mentem portant. quas quidem summopere si liceat vitare festinant.

Pridie kalendas marcii. Luna

C ·26·

		xxx							
viii	xix	xxix	xi	xxii	iii	xiiii	xxv	vi	xvii
A	B	C	D	E	F	G	H	I	k
xxviii									
xxvii	ix	xx	i	xii	xxiii	iiii	xv	xxvi	
L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

Ii. In territorio lugdunensi locis virentibus: depositio beati romani abbatis: qui primus illic vitam heremiticã duxit. et multis virtutibus et miraculis clarus. plurimorum postea pater extitit monachorum. Eodem die. sanctorum macharii et rufini. Ipso die: translatio beati augustini episcopi et confessoris.

Notandum est quod die veneris post Reminiscere fit obitus pro dno Johanne bontiller qui legavit xxx^a ii. sol. par distribuenda addito libera scientio.

Post [illegible] St paul a st [illegible]



Nam doctrina q̄ vita: clarere debet ecclesiasticus doctor. Nam doctrina sine vita arrogantem reddit. vita sine doctrina inutilem facit.

Mensis marcii habet dies. xxxi.
kalendis marcii luna.

ix	xx	i	xii	xxiii	iiii	xv	xxvi	vii	xviii
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
xxix									
xxviii	x	xxi	ii	xiii	xxiiii	v	xvi	xxvii	
L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

1 D

Rome: sanctorum martyrum ducentorū sexaginta: quos iussit primo clodius pro christi nomine damnatos harenam fodere. Deinde precepit vt foras muros porte salarie mitterentur: et in amphiteatro eiusdem ciuitatis: militū sagittis interficerentur. Eodē die. sancti donati martyris: qui sub duce vrsatō et marcellino tribuno: cartagini passus est. Andegauis. sancti albini epī et confessoris: viri preclarissime virtutis et sāctitatis. Ciuitate massilia: sanctorum hermetis et adriani. Et alioꝝ scōꝝ ꝛc.

Eodem die fit obitus Johannis ... dicti ... qui legauit communitati ... xxxii s. ... Libera

Sacerdotis predicatio: operibus confirmanda est. ita vt quod docet verbo: instruat exemplo.

Sexto nonas marcii. Luna

x	xxi	ii	xiii	xxiiii	v	xvi	xxvii	viii	xix
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
xxx									
xxix	xi	xxii	iii	xiiii	xxv	vi	xvii	xxviii	
L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

2 E

Rome via latina. sanctoꝝ martyrū iouini et basilei. qui passi sunt sub galieno et valeriano imperatoribus. Item rome. martyrū plurimoꝝ. quos diu cruciatos imperator alexander: capitali sententia in extremo dānauit.

Vera est illa doctrina: quam viuendi sequitur forma. Nā nichil turpius est: q̄ si bonum quod quisq̄ predicat: explere opere negligat.

Quinto nonas marcii. Luna

F	xi	xxii	iii	xiiii	xxv	vi	xvii	xxviii	ix	xx
	A	B	C	D	E	F	G	H	J	K
	i	xii	xxiii	iiii	xv	xxvi	vii	xviii	xxix	
	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

A pud cesaream palestine: sanctoꝝ martyꝛũ marini mili tis. et astirii senatoris. sub persecutiõe valeriani. Quorum prioꝛ cum accusatus a cõmilitonibus ꝙ chꝛistianus esset: et ille chꝛistianũ se esse clarissima voce testaretur: martyrii coronã capitis abscisione compleuit. Cũqꝫ sequẽs capite trũcatũ martyꝛis coꝛpus: subiectis humeris: et subtracta veste quã induebatur exciperet: honoꝛem qui martyꝛi detulit continuo ipse martyꝛ accepit. Eodem die: sanctoꝛũ enutherii. et celedonii. qui primũ apud lingonẽsem gallie ciuitatẽ milites. exurgente psecutionis procella. pro ꝯfessione noĩs xp̃i plurimis affecti tormentis: callaguꝛrim vsqꝫ ꝑducti/atqꝫ ibi martyꝛio coꝛonati sũt

T unc pꝛedicatio vtiliter pꝛofertur: quando efficaciter adimpletur. Vnusquisqꝫ enĩ doctoꝛ. et bone actionis et bone pꝛedicationis habere debet studium. Nam alterum sine altero non facit pꝛofectum. Sed pꝛedicat iustus bene agere: vt consequenter possit bene docere.

Quarto nonas marcii. Luna

G	xii	xxiii	iiii	xv	xxvi	vii	xviii	xxix	x	xxi
	A	B	C	D	E	F	G	H	J	K
	ii	xiii	xxiiii	v	xvi	xxvii	viii	xix	xxx	
	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

R ome via appia. natalis beati lucii pape et martyꝛis. ꝗ persecutione valeriani et galieni: ob xp̃i fidem exilio relegatus: et postmodũ diuino nutu ad ecclesiã suam redire permissus: martyꝛiũ capitis obtrũcatione compleuit. Item rome via appia: sanctoꝝ martyꝛũ nongentoꝝ. qui sunt positi in cimiterio ad sanctam ceciliam. Eodem die: sancti gaii palatini in mare mersi: et alioꝛum viginti septem.

Sit rector discretus in silencio. utilis in verbo. ne aut [illegible]da proferat: aut proferenda reticescat. Nam sicut icauta locutio in errorē pertrahit: ita indiscretū silentium hos qui erudiri poterant: in errore derelinquit.

Tertio nonas marcii. Luna

xiii	xxiiii	v	xvi	xxvii	viii	xix	xxx	xi	xxii	
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K	A
iii	xiiii	xxv	vi	xvii	xxviii	ix	xx	i		
L	M	N	O	P	Q	R	S	T		

Apud antiochiā: beati foce martyris. Qui post multas quas pro noīe redemptoris est passus iniurias qualiter de antiquo illo serpente triumphauerit: hodie populis declaratur. Ipso die: sancti eusebii palatini et alioꝝ nouē martyrū.

Sit rector bene agentibus per humilitatē socius: cōtra delinquentium vicia per zelum iustitie erectus: ut et in bonis in nullo se preferat. et cum prauorū culpa exigit: potestatem protinus sui prioratus agnoscat.

Pridie nonas marcii. Luna

xiiii	xxv	vi	xvii	xxviii	ix	xx	i	xii	xxiii	B
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K	
iiii	xv	xxvi	vii	xviii	xxix	x	xxi	ii		
L	M	N	O	P	Q	R	S	T		

Nichomedie. natalis sanctoꝝ victoris. vitalis. victorini qui per trienniū cum claudiano et bassa uxore eius tormentis multis afflicti et retrusi in carcerē: ibidem vite sue cursum impleuerūt. Ciuitate toleto: depositio iuliani episcopi: qui apud eiusdem loci incolas famosissimus habetur.

Omnes homines equales natura genuit. sed varietate meritorū. ordine alios aliis culpa postponit.

Nonis marcii. Luna

xv	xxvi	vii	xviii	xxix	x	xxi	ii	xiii	xxiiii	C
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K	
v	xvi	xxvii	viii	xix	xxx	xi	xxii	iii		
L	M	N	O	P	Q	R	S	T		

In mauritania ciuitate tuburbitanoꝝ. natalis sanctoꝝ martyrū ꝑpetue. felicitatis. saturnini et secundoli. quorum vltimus in carcere quieuit. reliqui omnes bestie sunt traditi sub seuero principe. Eodem die. depositio beati thome cōfessoris: ordinis predicatorum eximii doctoris.

Cuncti qui p̄sunt nō in se potestatē debēt ordinis. sed equalitatē pēsare ꝯditionis. Nec preesse hoibꝰ gaudeāt: sed prodesse.

Octauo idus marcii. Luna

D									
xvi	xxvii	viii	xix	xxx	xi	xxii	iii	xiiii	xxv
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
vi	xvii	xxviii	ix	xx	i	xii	xxiii	iiii	
L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

In ciuitate antinoū: natalis sanctorum martyrū. philemonis et appollonii dyaconi. qui tēti: ꝛ a iudice auditi cum constanter ydolis sacrificare noluissent: ꝑforatis calcaneis per ciuitatē horribiliter tracti: nouissime gladio cesi: martyriū compleuerunt. Eodem die apud prefatam vrbem. passio sci arriani. thetici et alioꝝ. Quos iudex submersos in mare necauit. sed obseq̄o delphini corpora eoꝝ litori sunt restituta. Cartagine: sancti poncii dyaconi et beati cypriani epi. Qui vsq̄ ad diē passionis illius cū eo exiliū sustinens: egregiū volumē vite et passiōis illiꝰ reliq̄t. ac clarus passionibꝰ coronā vite ꝓmeruit

Tunc ille qui preest potestatē recte dispensat: cum sollicite nouerit et sumere ex illa quod adiuuat. et expugnare q̄d tentat: et equalem se cum illa ceteris cernere. et tamen in peccantibus zelo vltionis anteferre.

Septimo idus marcii. Luna

E									
xvii	xxviii	ix	xx	i	xii	xxiii	iiii	xv	xxvi
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
vii	xviii	xxix	x	xxi	ii	xiii	xxiiii	v	
L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

Apud sebastē armenie minoris: natalis sāctoꝝ martirū quadraginta militū. Qui tēpore licinii regis post vincula et carceres creberrimos. post cesas lapidibꝰ facies missi sunt

in stagnum, et sic demũ crurifragio martyriũ consũmauerũt. Erant autem nobiliores inter eos quirion et cãdidus. Apud nicenã ciuitatẽ: depositio sancti gregorii episcopi: fratris beati basilii cesariensis: tam vita q̃ eloquentia clarissimi. Ciuitate barcinona: sancti paciani episcopi: qui tẽpore theodosii principis optima senectute finem vite sortitus est.

Predicator quisq; studeat vt minas potẽtiũ ratiocinatiõe mitiget: et oppressoris angustias quãtum preualet subleuet: vt foris resistentibus opponat pacientiã. et intus superbientibus exhibeat cum pacientia disciplinam.

Sexto idus marcii. Luna

xviii	xxix	x	xxi	ii	xiii	xxiiii	v	xvi	xxvii
A	B	C	D	E	F	G	H	J	k
viii	xix	xxx	xi	xxii	iii	xiiii	xxv	vi	
L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

f

Apud campaniã. natalis sanctorum alexandri et gaii martyrũ. Qui vt apollinaris scribit. ierapolitanus episcopus: in libro aduersũ catafrigas psecutione antonini veri glorioso martyrio coronati sũt. In pside: sctõrum martyrũ. numero quadraginta duorum. Parisii: depositio doctonei abbatis discipuli bti germani epi. Ipso die: sancti gorgonii et firmi.

Rectoris officiũ esse debet: vt ingratos beneficiis ad amorem puocet. gratos quoq; ministeriis i amorẽ seruet. vbi proximorum mala corrigere non valet taceat: et quẽcunq; corrigere loquendo possit: silentiũ consensum esse pertimescat.

Quinto idus marcii. Luna

xix	xxx	xi	xxii	iii	xiiii	xxv	vi	xvii	xxviii.
A	B	C	D	E	F	G	H	J	k
ix	xx	i	xii	xxiii	iiii	xv	xxvi	vii	

G

In carthagine: scõrum heraclii. zosimii. alexãdri. candidi. piperionis et aliorum viginti. Item carthagine: sancti constantini confessoris clarissimi viri. Apud alexandriã. natale sanctorum philonii episcopi et valerii cũ aliis viginti et vno. Luxouio mõasterio: sci attali discipuli scti colũbani abbatis

Qui preficitur ad regimē: talem erga disciplinā subditorū prestare se debet: vt non solum autoritate: verūetiam humilitate clarescat.

Quarto idus marcii. Luna

A	xx	i	xii	xxiii	iiii	xv	xxvi	vii	xviii	xxix
	A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
	x	xxi	ii	xiii	xxiiii	v	xvi	xxvii	viii	
	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

Rome: beatorꝝ pōtificū. gregorii doctoris ac apostoli anglorꝝ. et innocentis. Apud nichomediā: passio sancti petri. Hic cum esset cubicularius diocleciani principis. ꝛ liberius causaretur de immensis martyrū suppliciis. iubente eodem in mediū educitur: ac primo suspensus diutissime flagris torquetur. Deinde aceto et sale perfusus ad vltimū i craticula assatur sicqͥ veri petri extitit: et fidei heres et nominis. Item nichomedie: sanctorꝝ egdimi presbyteri. et aliorꝝ septē martyrū. qui diebus singulis suffocati sunt. vt ceteris metus incuteretur

In rectore talis debet esse virtus humilitatis: ne dissoluatur vita i subditorꝝ vitiis: atqͥ autoritas aderit potestatis. ne per tumorē cordis: seueritas existat immoderationis.

Tertio idus marcii. Luna

B	xxi	ii	xiii	xxiiii	v	xvi	xxvii	viii	xix	xxx
	A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
	xi	xxii	iii	xiiii	xxv	vi	xvii	xxviii	ix	
	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

Apud nichomediā: natalis sanctorꝝ martyrū macedonii presbyteri. patricie: et modeste. Nicea ciuitate: scōrꝝ martyrū theusete. horris. theodore. nimpedoi. marci et arabie qui omnes igni traditi sunt. In thebaide: depositio sancte eufrasie virginis.

Hec est in sacerdotibus vera discretio: qua nec per libertatem superbi: nec per humilitatē sint remissi. Hinc est qͦd sancti

cum multa constantia redarguerunt etiam principũ vicia

Pridie idus marcii. Luna

xxii	iii	xiiii	xxv	vi	xvii	xxviii	ix	xx	i
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
xii	xxiii	iiii	xv	xxvi	vii	xviii	xxix	x	
L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

C

Rome: passio sanctoꝝ quadraginta et septẽ. hi baptizati sunt a beato petro apostolo: cum teneretur in custodia mamurtina: cũ coapostolo suo paulo vbi nouem menses detẽti sunt. Qui omnes sub deuotissima fidei confessione: neronia no gladio consumpti sunt. In affrica: sancti petri martyris Item sancti eufrosii. Et aliorum sanctoꝝ.

Rectores aliquando subditis oportet animo esse humiliores: quoniam facta subditorũ iudicantur ab eis. illorum vero deus iudicat. Agnoscat ergo episcopus se esse seruũ plebis: non dominũ. Verum hoc. caritas non conditio exigit. Tu aũt dñe

Idibus marcii. Luna

xxiii	iiii	xv	xxvi	vii	xviii	xxix	x	xxi	ii
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
xiii	xxiiii	v	xvi	xxvii	viii	xix	xxx	xi	
L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

D

In cesarea capadocie: passio sãcti longini. q̃ latus dñi lancea pforauit: vt i gestis eiusdẽ iuenitur. Apud thessalonicã ciuitatẽ: natalis sancte matrone virginis et martyris. Que deprehẽsa ꝫ multipliciter afflicta: nouissime robustis fustibus ad mortẽ cesa: in ɔfessione xp̃i incorruptũ deo spm̃ reddidit

Non omnibus vna eademq; doctrina est adhibenda. sed pro qualitate morũ: diuersa sit exhortatio doctoꝝ. Nam quosdã increpatio dura: quosdam vero exhortatio corrigit blanda

Decimoseptimo kalendas aprilis. Luna

xxiiii	v	xvi	xxvii	viii	xix	xxx	xi	xxii	iii
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
xiiii	xxv	vi	xvii	xxviii	ix	xx	i	xii	
L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

E

Hodie fit obitus Petrete Gaygnart vxoris Richardi Bugan qui legauit nobis ... in choro distribuend[i]

Hodie fit anniuersarium fratris Nicolai de la Grip... qui legauit xxx ... par... in choro distribuend[i]

Apud aquileiã. natalis beati hylarii episcopi: et taciani dyaconi. Qui sub heronio preside post equuleũ atq; alia tormẽta. vna cum felice. largo. et dyonisio martyriũ terminarunt. Rome: passio sancti ciriaci dyaconi et martyris. qui post longam carceris macerationẽ reliquata pice perfusus: et i catasta extẽsus: attractus etiam neruis et fustibus: ad vltimũ cum largo et smarado: et aliis viginti iubente maximino capite trũcatus est. Hoꝝ tamen festiuitas sexto idus augusti recolitur: quo die a beato marcello papa: eoꝝ corpa sunt leuata. ac venerabiliter tumulata. Aruernis: depositio sancti patricii episcopi et confessoris. Et aliorum sanctoꝝ

Non omnibus ea que sunt clausa: aperienda sunt. Multi enim sunt: qui capere non possunt. Quibus si indiscrete manifestentur: statim aut detrahunt: aut negligunt. Tu autẽ.

Decimosexto kalendas aprilis. Luna

F
xxv vi xvii xxviii ix xx i xii xxiii iiii
A B C D E F G H J K
xvi xxvi vii xviii xxix x xxi ii xiii
L M N O P Q R S T

In scothia: natalis sancti patricii epi et confessoris. Qui primus ibidem christum euangelizauit. Eodem die: monasterio migella: sancte gertrudis virginis. Et aliorum

Prima prudentie virtus est: eam quã docere oporteat existimare psonã. Rudibus populis seu carnalibus: plana atq; cõmunia: non summa atq; ardua predicanda sunt: ne immensitate doctrine opprimantur: potius q̃ erudiantur. Tu aũt

Decimoquinto kalendas aprilis Luna

G
xxvi vii xviii xxix x xxi ii xiii xxiiii v
A B C D E F G H J K
xvi xxvii viii xix xxx xi xxii iii xiiii
L M N O P Q R S T

Natalis beati alexandri episcopi: qui de capadocia ex propria ciuitate sancto desiderio ierosolimã veniẽs: diuina

reuelatione eiusdem loci gubernaculum suscepit: et post venerandam senectutem ductus cesaream: persecutione decii ob cōfessionem christi martyrium compleuit.

Aliter agendum est erga eos qui nostro committuntur regimini si offendunt: atq; aliter cum his qui nobis commissi nō sunt. Qui si iusti sunt: venerandi sunt. si vero delinquunt: pro sola caritate vt locus est corripiendi sunt. non tamen cum seueritate: sicut hi qui nobis regendi sunt commissi.

Decimoquarto kalendas aprilis. Luna

xxvii	viii	xix	xxx	xi	xxii	iii	xiiii	xxv	vi	
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K	A
xvii	xxviii	ix	xx	i	xii	xxiii	iiii	xv		
L	M	N	O	P	Q	R	S	T		

Natalis beati iohānis cōfessoris magne sanctitatis viri: qui de syria oriundus peruenit ad ytaliam. ibiq; penes ariminensem vrbem constructo monasterio multorum seruorum dei per quadraginta annos pater existens: multis clarus virtutibus: quieuit in pace. Eodem die apud surrentum: sanctorum quinti. quintille. quartille: et marci cum aliis nouē. Ciuitate brixa: sancti caloceri martyris. Et aliorū sanctorū.

Pro qualitate audientium formari debet sermo doctorū: vt et ad sua singulis congruat: et tamen a communis edificationis arte nunq̄ recedat. Tu autem dn̄e miserere nostri.

Decimotertio kalendas aprilis. Luna

xxviii	ix	xx	i	xii	xxiii	iiii	xv	xxvi	vii	
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K	B
xviii	xxix	x	xxi	ii	xiii	xxiiii	v	xvi		
L	M	N	O	P	Q	R	S	T		

In asia: natalis sci archippi cōmilitonis beati pauli: cuius meminit idē apostolus i epistola sua scribēs collocēsibus. Apud britāniā: sācti cuthberti. qui ex anachorita ecclesie lindisfarnēsis antistes. tota ab infantia vsq; ad seniū vitā miraculorū signis indytā duxit. In syria: sctōrū pauli. cirilli. eugenii: cum aliis quattuor. Ipso die: sancti nulfrāni cōfessoris.

Doctor qui loci sui necessitate exigitur summa dicere: hac eadem necessitate compellitur summa monstrare. Illa namque vox libentius auditorum cor penetrat: quam dicentis vita commendat. quia quod loquendo imperat: ostendendo adiuvat ut fiat. Tu autem dñe miserere nostri

Duodecimo kalendas aprilis. Luna

C	xxix	x	xxi	ii	xiii	xxiiii	v	xvi	xxvii	viii
	A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
	xix	xxx	xi	xxii	iii	xiiii	xxv	vi	xvii	
	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

Apud castrum cassinum: natalis sancti benedicti abbatis. Huius vitam virtutibus et miraculis gloriosam beatus papa gregorius scribit. Alexandrie: beati serapionis anachorite: magnarum virtutum viri. In territorio lugdunensi: sancti lupicini abbatis. cuius vita sanctitatis et miraculorum gloria illustris fuit.

Per prophetam dominus dicit. super montem excelsum ascende tu qui evangelizas syon. Ut videlicet qui celesti predicatione utitur: iamiam terrenorum operum viam deserens: in rerum culmine stare videatur. tantoque facilius subditos ad meliora pertrahat: quanto per vite meritum desuperius clamat.

Undecimo kalendas aprilis. Luna

D	xxx	xi	xxii	iii	xiiii	xxv	vi	xvii	xxviii	ix
	A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
	xx	i	xii	xxiii	iiii	xv	xxvi	vii	xviii	
	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

Apud septimaniam civitatem biterris: depositio sancti affrodisii episcopi et confessoris. Hic a beato paulo narbonensi episcopo eiusdem urbis ordinatus antistes. fidei documentis preclarus: virtutumque meritis ornatus: quievit in pace.

Cum rector se ad loquendum preparat: sub quanto cautele studio loquatur actēdat. Ne si inordinate ad loquendū rapitur: erroris vulnere audientiū corda feriantur: et cū forta sse sapiēs videri desiderat: vnitatis compagem insipienter abscidat.

Decimo kalendas aprilis. Luna

i	xii	xxiii	iiii	xv	xxvi	vii	xviii	xxix	x	
A	B	C	D	E	F	G	H	J	k	E
xxi	ii	xiii	xxiiii	v	xvi	xxvii	viii	xix		
L	M	N	O	P	Q	R	S	T		

In affrica: sanctorum martyrū victoriani. frumētii: et alterius frumentii. et duorum germanorꝝ. Qui persecutione vuandalica vt scribit victor affricanus apostolus: sub honerico rege pro constantia catholice confessionis immanissimis suppliciis excruciati. egregio coronati sunt martyrio.

In antiochia: sancti theodori presbyteri. Ciuitate cesarea: sancti iuliani. Et aliorum sanctorum plurimorꝝ. ꝛc.

Qui loqui sapienter nititur: magnopere metuat ne in ei⁹ eloquio audientium vnitas confundatur. Hic paulus ait. Nō plus sapere ꝙ oportet sapere: sed sapere ad sobrietatem.

Nono kalendas aprilis. Luna

ii	xiii	xxiiii	v	xvi	xxvii	viii	xix	xxx	xi	
A	B	C	D	E	F	G	H	J	k	F
xxii	iii	xiiii	xxv	vi	xvii	xxviii	ix	xx		
L	M	N	O	P	Q	R	S	T		

Rome: beati pigmenii presbyteri. Hic iulianū apostatā a puero nutriuit: et sacris litteris erudiuit. a quo ipse postea i tyberim pro fide christi necatus est. In mauritania: natalis sanctorꝝ romuli ꝛ secūdi fratrū. q̄ pro christo pass sunt. Apud syriā: sancti seleūci. Item in trigia: sancti agapiti.

Sacerdos semper vocem predicationis habeat: ne supne expectatiōis iudicium: silentio offendat. Sacerdos enim in tabernaculum ingrediens moritur: si de eo sonitus non auditur. Quia iram contra se occulti iudicis erigit: si sine predicationis sonitu incedit.

Octauo kalendas aprilis. Luna

G	iii	xiiii	xxv	vi	xvii	xxviii	ix	xx	i	xii
	A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
	xxiii	iiii	xv	xxvi	vii	xviii	xxix	x	xxi	
	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

Apud nazareth ciuitatem galilee: annũciatio dominica. que alio noĩe dicitur incarnacio dñi nostri iesu cristi. In smyrma passio sancti hyrenei episcopi. tempore maximiani imperatoris. Qui primo tormẽtis acerrimis vexatꝰ: deinde diebus plurimis cruciatus: nouissime absciso capite cõsummatus est. Rome: sancti tyrini martyris qui a rege claudio post facultatũ amissionẽ: post carceris squalorem: post multorꝝ verberũ afflictionẽ: gladio interfectus est. Nichomedie: natalis duelle ãcille cuiusdã militis. que pro castitate occisa est. In antro insula: sancti hermelãdi abbatis. Cuius gloriosa conuersatio miraculorum collaudatur preconio.

Apte tintinnabula vestimẽtis põtificis describũtur inserta. Vestimẽta eteni sacerdotis: quid aliud ꝙ recta opa debemꝰ accipere: ppheta attestãte qui ait. sacerdotes tui induãtur iustitiã.

Septimo kalendas aprilis. Luna

A	iiii	xv	xxvi	vii	xviii	xxix	x	xxi	ii	xiii
	A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
	xxiiii	v	xvi	xxvii	viii	xix	xxx	xi	xxii	
	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

Apud penthapolim libie: natalis sanctorꝝ theodori episcopi. hyrenei dyaconi. serapionis et ammonii lectorum. Rome via lauicana: sancti castoli martyris. Qui vt in gestis beati sebastiani legitur: a persecutoribus tertio appensus: tertio auditus: in confessione domini perseuerans: missus est i foueam: et dimissa super eũ massa arenaria: martyrio migrauit ad christum. In smyrmo: sanctorum montani presbyteri et maxime: in mare mersorum. Et aliorum sanctorum. etc.

Pro malo merito plebis. ufertur doctrina pdicatiõis. pro bono merito audientis: tribuitur sermo doctoris. In ptãte diuina ɋsistit: cui velit deꝰ doctrine verbũ dare: vel cui auferre

Sexto kalendas aprilis. Luna

v	xvi	xxvii	viii	xix	xxx	xi	xxii	iii	xiiii	
A	B	C	D	E	F	G	H	J	K	B
xxv	vi	xvii	xxviii	ix	xx	i	xii	xxiii		
L	M	N	O	P	Q	R	S	T		

In egipto: depositio beati iohãnis heremite. Qui inter cetera virtutũ insignia etiam prophetico spũ plenus: theodosio ĩperatori christianissimo: victorias de tyrãno pdixit. In pannonia: sancti alexãdri martyris. Et aliorũ sanctorũ.

Qui docendi accepit officiũ: interdũ ad tempus facta proximi taceat: q̃ statim corrigere nequaq̃ estimat. Nã si corrigere potest et dissimulat: verũ est q̃ ɋsensum erroris alieni habeat.

Quinto kalendas aprilis. Luna

vi	xvii	xxviii	ix	xx	i	xii	xxiii	iiii	xv	
A	B	C	D	E	F	G	H	J	K	C
xxvi	vii	xviii	xxix	x	xxi	ii	xiii	xxiiii		
L	M	N	O	P	Q	R	S	T		

In cesarea palestine: sanctorũ martyrũ prisci. malchi. et alexandri. Qui psecutione valeriani diuino fidei calore succẽsi: vltro iudicẽ adeũtes: de seuitia impiorũ sanguinẽ obiurgant. Quos ille continuo pro christi nõie: bestiis tradidit deuorandos. Apud vrbẽ cabilonensiũ: depositio sancti gnutrãni regis. qui ita se spiritalibus actionibus mancipauit: vt relictis seculi pompis: thesauros suos ecclesiis et pauperib9 erogaret. Tarso cilicie. sanctorũ castoris et dorotei.

Qui ad hoc est ecclesie dei ppositus: vt nõ solũ bene viuẽdo alios exẽplo vite sue ɋstituat: verũetiã fiducialiter predicando singulis ante oculos peccata sua constituat: que pena maneat duris: que gloria obedientibus ostendat.

Quarto kalendas aprilis. Luna

vii	xviii	xxix	x	xxi	ii	xiii	xxiiii	v	xvi	
A	B	C	D	E	F	G	H	J	K	D
xxvii	viii	xix	xxx	xi	xxii	iii	xiiii	xxv		
L	M	N	O	P	Q	R	S	T		

a Apud affricā: natalis sanctoꝝ confessorum armogastis ar-
chimini et satiri Qui tempore vuandalice psecutionis
sub gerserico rege pro confessione veritatis multa et grauia p-
pessi supplicia atqꝫ opprobria: cursum gloriosi certaminis imple-
uerunt. Ipso die: depositio eustasii abbatis monasterii lu
xouiensis. Qui pater sexcentorum extitit monachorum: et vite
sanctitate conspicuus etiam miraculis claruit.

i Ille cui dispensatio verbi cōmissa est: etiā si sancte viuat
et tamen pdite viuētes arguere aut erubescat aut metuat: cū
oibus qui eo tacente perierūt: perit. Et quid ei proderit non pu-
niri suo: qui puniendus est alieno peccato

Tertio kalendas aprilis Luna

E	viii	xix	xxx	xi	xxii	iii	xiiii	xxv	vi	xvii
	A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
	xxviii	ix	xx	i	xii	xxiii	iiii	xv	xxvi	
	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

r Rome via appia: passio beati quirini tribuni martyrū.
Qui sub aureliano imperatore post lingue abscisionē &
equulei suspensionē: manuūqꝫ ac pedū detrūcationē: agonem
martyrii gladio consummauit. Thessalonice: natalis san-
ctorum doni: mini et victoris. Apud castrum siluanectēsiū
depositio sancti reguli episcopi et confessoris.

c Sicut speculatoris est de loco editiore pspicere: & plꝰ oibꝰ con
teplari: ita sacerdos debet esse ppositi sublimitate celsior cūctis:
ac maioris sciētie hrē gratiā: qua possit sub se viuētes instruere.

Pridie kalendas aprilis Luna

F	ix	xx	i	xii	xxiii	iiii	xv	xxvi	vii	xviii
	A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
	xxix	x	xxi	ii	xiii	xxiiii	v	xvi	xxvii	
	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

a Amos prophete. quē ozias rex israel vecte per tempora
transfixū necauit. ac postea semiuiuus patriā deuectꝰ:
ibiqꝫ sepultus est. Rome: sancte balbine virginis: filie qrini
martyris. Que post deuictū huius seculi cursum sepelitur via
appia: iuxta patrē suū. In africa: sanctoꝝ diodoli et ansi-

Si impio (dicit dominus) locutus non fueris. vt se ab impietate custodiat: et ille perierit: sãguinẽ eius de manu tua requirã. Quod est dicere. si ei peccata sua nõ annũciaueris: si eum non argueris. vt ab impietate sua cõuertatur z viuat: et te qui non increpasti: et ipsum qui te tacente peccauit: flammis peremnibus perdam.

¶ Aprilis habet dies. xxx.

kalendis aprilis. Luna

x	xxi	ii	xiii	xxiiii	v	xvi	xxvii	viii	xix	
A	B	C	D	E	F	G	H	J	k	G
xxx	xi	xxii	iii	xiiii	xxv	vi	xvii	xxviii		
L	M	N	O	P	Q	R	S	T		

Rome: passio sctẽ theodore sororis illustrissimi martyris hermetis. Hec sub aureliano principe martyrizata. sepulta est iuxta fratrẽ via salaria: non longe ab vrbe roma. Eodẽ die: sancti venancii episcopi et martyris. In egypto scõꝝ victoris z stephani.

Sunt nõnulli qui solerti cura spiritalia precepta ꝑscrutãtur: sed que intelligendo penetrant: viuendo conculcaut. Repente docent: que non opere sed meditatione didicerãt. et quod verbis predicant: moribus impugnant.

Quarto nonas aprilis. Luna

xi	xxii	iii	xiiii	xxv	vi	xvii	xxviii	ix	xx	
A	B	C	D	E	F	G	H	J	k	A
i	xii	xxiii	iiii	xv	xxvi	vii	xviii	xxix		
L	M	N	O	P	Q	R	S	T		

Apud cesareã cappadocie: sancte theodosie virginis. que diocleciani tempore vltro se confessoribus i custodia sociauit. et nichilominus in equuleo cruciata: dei virtute post de vinculis: aquis. bestiis eruta: nouissime martyriũ capitis abscisione compleuit. Eodem die: natalis beati nicecii lugdunẽsis archiepi. Cuius et vita miraculis claruit: et preciosa mors nichilominus miraculis commendatur. Apud palestinã: depositio marie egyptiace: que peccatrix appellatur.

Per prophetam dominus contra cõtemptibilẽ pastorum scientiã queritur dicẽs. Cum ipsi limpidissimã aquã biberatis: reliquã pedibus vestris turbabatis: ꝛ oues mee his que concul cata pedibus vestris fuerant: pascebantur. et que pedes vestri turbauerant: hec bibebant.

Tertio nonas aprilis. Luna

B	xii	xxiii	iiii	xv	xxvi	vii	xviii	xxix	x	xxi
	A	B	C	D	E	F	G	H	I	k
	ii	xiii	xxiiii	v	xvi	xxvii	viii	xix	xxx	
	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

In scithia ciuitate thomis. natalis sanctoꝝ euagii et benigni. Tessalonice: passio sanctarũ virginũ agapis et chiome: sub diocleciano. Que primo ĩ carcere macerate: post in ignẽ misse. sed intacte a flãmis. post orationẽ ad dñm fusas aĩas reddiderũt. Apud tauromeniũ sicilie: beati pancracii.

Rome via numentana: natalis bti vrbani pape et martyris, Cuius doctrina sub psecutione alexandri: multi martyrio coronati sunt. Mediolani: dyonisii epi et gfessoris. Qui apud capadociā pro fide catholica damnatus exilio: ibidē primo quieuit. Postea vero reliquias corporis eius: p sanctū basiliū prefate vrbis episcopū receptas: beatus ambrosius cū digno honore condidit. Apud moesiā ciuitate dorothoro: sanctoꝝ martyrū passecratis: valentōnis et alioꝝ duū simul coronatoꝝ. In territorio trecassino. scti leonis gfessoris. Ipso die: sanctarū marie iacobi et salome sororū matris domini

De euangelio viuūt: qui nichil habere propriū volunt. qui nec habent: nec habere aliquid concupiscūt: non suoꝝ. sed communiū possessores. Quid est aliud de euangelio viuere: nisi laborantem inde vbi laborat necessaria vite percipere.

Septimo kalendas iunii. Luna

vi	xvii	xxviii	ix	xx	i	xii	xxiii	iiii	xv
A	B	C	D	E	F	G	H	J	k
xxvi	vii	xviii	xxix	x	xxi	ii	xiii	xxiiii	
L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

Apud athenas: natalis beati quadrati epi: apostoloꝝ discipuli. Qui persecutione adriani ecclesiam grandi terrore dispersam: fide et industria sua congregās, etiam librū pro christiane religionis defensione edidit: plenū fidei et apostolica doctrina dignū. ¶ Rome, sanctoꝝ martyrū simmitrii presbyteri ꝛ alioꝝ viginti duoꝝ. ¶ Ipso die sci quadrati martyris. in cuius solēnitate sācti augustini sermones habiti inueniuntur. ¶ Tuder tuscie: natalis sanctoꝝ felicissimi. eraclii et paulini.

In territorio antissiodorensi: passio sancti prisci martyris cum ingenti multitudine. In britanniis: sancti augustini episcopi et confessoris. Qui missus a beato papa gregorio primus genti anglorum: christi euangelium predicauit.

Si vis perfectus esse: vade vende omia que habes: et da pauperibus: et veni et sequere me. Et iterum. Omnis qui reliquerit domũ aut fratres: aut patrem aut matrem: aut agros propter me: cẽtuplũ accipiet: et vitam eternam possidebit. Ad discipulos autẽ. Vos inquit qui reliquistis omnia: z secuti estis me: sedebitis sup sedes: iudicantes duodecim tribus israel.

Sexto kalendas iunii. Luna

G	vii	xviii	xxix	x	xxi	ii	xiii	xxiiii	v	xvi
	A	B	C	D	E	F	G	H	J	k
	xxvii	viii	xix	xxx	xi	xxii	iii	xiiii	xxv	
	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

Apud moesiam: ciuitate dorostorensi. natalis beati iulii martyris. Qui tempore persecutionis: cum esset veteranus et emerite militie: comprehensus ab officialib9: iudici est oblatus. Quo p̃sente cũ ydola execraretur: et nomẽ xp̃i constã/tissime ꝯfiteretur: capitali sententia punitus est. In galliis ciuitate ausarica: sancti eutropii ep̃i et ꝯfessoris. Cuius vitam illustrem virtutibus ac miraculis: clarus episcopus luculento sermone describit. In territorio agathẽsi sc̃i radulfi martyris

Dixit saluator generaliter omnibus. Omis qui venit ad me: et non odit patrẽ suum et matrẽ et vxorem: et filios et fratres et sorores: adhuc autem et aiam suam: non potest meus esse discipulus. Et iterum. Qui amat filiũ suum aut filiam sup me: non est me dignus. Et qui non accipit crucem suam: et sequitur me: non est me dignus. Tu autem domine

Quinto kalendas iuni. Luna

A	viii	xix	xxx	xi	xxii	iii	xiiii	xxv	vi	xvii
	A	B	C	D	E	F	G	H	J	k
	xxviii	ix	xx	i	xii	xxiii	iiii	xv	xxvi	
	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

[R]ome: natalis beati iohānis pape. quē refert sanct[9] gregorius ob orthodoxā fidem primo in custodia tentū. ac deinde ad mortē vsqꝫ perductū: cum aliis eque catholicis viris Parisius ciuitate: transitus sancti germani epi et cōfessoris. Qui beatus eiusdem vrbis episcopus: quante sanctitatis: quātiqꝫ meriti fuerit: quib[9] etiā claruerit miraculis. fortunat[9] episcopus veraci stillo digessit. In sardinia: sanctoꝝ emilii. felicis. priami et luciani. Eodem die: sācti caraimi martyris. qui apud carnotū ciuitatē: capite āputato: martyriū sumpsit.

[A]ttendite vobis ne forte grauētur corda vestra ī crapula. et ebrietate et curis huius vite. Item: dico autē vobis. nolite resistere malo: et diligite inimicos vestros. benefacite his qui oderunt vos: et orate pro psequentibus et calūniantibus vos. Item qui dixerit fratri suo racha: reus erit iudicio. Qui dixerit fatue: reus erit gehenne ignis. Tu autem domine

Quarto kalendas iunii. Luna

ix	xx	i	xii	xxiii	iiii	xv	xxvi	vii	xviii
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
xxix	x	xxi	ii	xiii	xxiiii	v	xvi	xxvii	
L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

[A]pud yconium ciuitatem isaurie: sub aureliano imperatore. passio sancti canonis martyris et filioꝝ eius: Qui primū ignito ferro superpositi: deinde craticulam prunis suppositis et oleum super infusum constanter superauerūt. Post ea vero tam frixorie ꝙ suspensionis ī equuleo ac ignis penuꝫ[?] passi malleo ad extremū ligneo manibus eorum constrictis: in laudem omnipotentis dei spiritum emiserunt. Eodem die: sanctorum sisinnii. martirini atqꝫ alexādri. qui manaunie partibus vt scribit sanctus paulinus: persequentibus gentilibus viris: martyrii coronam adepti sunt. Treueris: beati maximini episcopi et confessoris: a quo athanasius antistes persecutionem fugiens honorifice sepultus est. Rome via aurelia natalis sancti restituti. Via tiburtina: septem germanorum Et aliorum sanctoꝝ plurimoꝝ martyrū cōfessoꝝ atqꝫ virginū

In Nolite iurare neq̃ per celum: neq̃ per terram. Sit autẽ sermo vester: est est. non non. Item omne verbum ociosum quod locuti fuerint homines: reddẽt de eo rationẽ in die iudicii. Item si quis te percusserit in dexterã maxillã: prebe ei ⁊ alterã.

Pridie kalendas iunii. Luna

D	xi	xxii	iii	xiiii	xxv	vi	xvii	xxviii	ix	xx
	A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
	i	xii	xxiii	iiii	xv	xxvi	vii	xviii	xxix	
	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

Rome. sancte petronille virginis. Que post multa miracula sanitatũ cum eã quidam comes suo vellet cõiugio sociari: tridui inducias postulans: ieiuniis et orationibus vacante: tertio die mox vt christi sacramentum accepit emisit spiritum. Apud vrbem aquileiam: natalis sanctorum martyrum cancii. canciani et cancianille fratrum. Qui cum duceret prosapiam aniciorum ob christiane fidei constantiam vna cum pedagogo suo proto: capite plexi sunt. Turribus sardinie: sancti crescenciani martyris. Et aliorum sanctorum plurimoꝝ.

Jacquet de cur

Jehan de vic

Oger de lisle filz de monsieur de lisle

& de marguerite vincent fille de madame vincent

Oger de lisle demourant a saint denis en

france sur m[aist]re Jacquet du boys

Nolite errare. deus non irridetur. Quia neq fornicarii. neq ydolis seruiētes: neq adulteri: neq molles. neq masculorꝫ cōcubitores: neq fures: neq auari: neq ebriosi: neq malefici: neq rapaces: regnum dei possidebunt. Tu autem.

Junius habet dies triginta.

kalendis iunii. Luna

xii	xxiii	iiii	xv	xxvi	vii	xviii	xxix	x	xxi
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
ii	xiii	xxiiii	v	xvi	xxvii	viii	xix	xxx	
L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

E

Rome: dedicatio sancti nichomedis p̄sbyteri et martyris. Apud cesareā palestine sub p̄secutiōe maximini: beati pāphili presbyteri et martyris. Cuius vitam eusebius cesariensis ep̄s: tribus libris comprehendit. Sed et sanctus hieronymus scribit quedā volumina manu eius exarata se recepisse: que tanto inquit amplector et seruo gaudio: vt cresi opes habere me credā. Augustuduni: sāctorum reueriani episcopi: et pauli presbyteri cum aliis decē: qui sub aureliano principe: martyrio coronati sunt. Ipso die sancti caprasii abbatis monasterii lirinensis. Et aliorꝫ sanctorū

Nolite diligere mundū: neq ea que in mundo sunt. Quia si quis diligit mundū: non est caritas patris in eo. Item q̄ dicit se in christo manere: debet quomodo ille ambulauit et ipse ambulare. Item ipse. Omis qui odit fratrem suum homicida est: et non habet vitam eternam in se manentē. Tu autem

Quarto nonas iunii: Luna

xiii	xxiiii	v	xvi	xxvii	viii	xix	xxx	xi	xxii
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
iii	xiiii	xxv	vi	xvii	xxviii	ix	xx	i	
L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

F

Rome: natalis beatorū martyrū marcellini presbyteri et petri exorciste. Qui multos in carcere ad fidem erudiētes: post dira vincula ꝛ plurima tormenta decollati sunt sub iudice sereno. Lugduni: sanctorū martyrū: photini eiusdem vrbis episcopi. zacharie presbyteri. sancti dyaconi. epagati.

maturi. attali. albine: grate cum aliis quadraginta. Hi omnes famuli christi sicut in hystoria ecclesiastica scribitur: pariter coronati sunt. Passa est quoque et sancta blandina ex eorum collegio. Que primo secundo et tertio die pulsata cruciatibus. cum non superaretur: quarto uberibus acta: craticulis exusta: et multa alia perpessa: ad ultimum gladio iugulatur.

Solerter prelatis satagendum est: ut eos quibus presunt: verbis et exemplis ad bene vivendum informent. fixoque corde tenendum ne eos quasi proprios: sed ut domini sui gregem tractare meminerit. iuxta illud quod petro dicitur. Si diligis me: pasce oves meas. Meas inquit: non tuas. Tu autem domine miserere nostri.

Tertio nonas iunii. Luna

G	xiiii	xxv	vi	xvii	xxviii	ix	xx	i	xii	xxiii
	A	B	C	D	E	F	G	H	J	k
	iiii	xv	xxvi	vii	xviii	xxix	x	xxi	ii	
	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

In campania: natalis herasini episcopi et martyris. Hic sub diocleciano augusto: primum plumbatis, deinde fustibus graviter maceratus. post resina. sulphure. plumbo. pice. cera. oleoque perfusus: illesus apparuit. Deinde sub maximiano diversis atque immanissimis suppliciis cruciatus: tandem vocante domino. sancto fine quievit. Apud aretium civitatem tuscie: sanctorum martyrum pergentini et laurentini fratrum. Qui persecutione decii cum essent pueri: post dira supplicia tolerata. et magna miracula ostensa: gladio cesi sunt. Civitate corduba: beati ysaac monachi et martyris. Qui cum esset annorum viginti et septem: pro fide christi gladio necatus est. In territorio aurelianensium: sancti liphardi presbyteri. Et aliorum sanctorum

Non ocio vacent clerici. non vaniloquiis inserviant: non detractionibus: et ceteris viciorum illecebris incumbant: sed potius aut orationi: aut lectioni: aut quibuslibet ecclesie: aut certe propriis utilitatibus vacent: aut etiam doctrinis sanis et diversarum artium erudiantur disciplinis: ita videlicet ut nullus in congregatione: inutilis aut ociosus existens sit. Tu autem

Pridie nonas iunii. Luna

xv	xxvi	vii	xviii	xxix	x	xxi	ii	xiii	xxiiii	A
A	B	C	D	E	F	G	H	J	k	
v	xvi	xxvii	viii	xix	i	xi	xxii	iii		
L	M	N	O	P	Q	R	S	T		

Apud illiricū: ciuitate sciscia: natalis beati q̃rini episcopi et martyris. Qui pro fide christi vt prudentius scribit ligato ad manū molari saxo: in flumen precipitatus est. Et cum circunstātibus diu collocatus ne eius terrerētur exemplo: vix precibus vt mergeretur obtinuit.

Querere potius debere deum cultu cordis q̃ corporis: euidentibus scripture patet indiciis. Proinde canonicis totis viribus elaborandū est: vt et indumenta virtutū habeāt interi⁹ et per immoderatū cultū caueant dehonestare religionis dignitatē exterius. Quantū etiā a superfluo et imoderato cultu vestiū se ↄpescere debeāt: multis scōꝝ patrū documētis perdoceri potest.

Nonis iunii. Luna

xvi	xxvii	viii	xix	i	xi	xxii	iii	xiiii	xxv	B
A	B	C	D	E	F	G	H	J	k	
vi	xvii	xxviii	ix	xx	ii	xii	xxiii	iiii		
L	M	N	O	P	Q	R	S	T		

Apud egyptū: natalis sanctoꝝ martyrū marciani. nicandri et appollini quorū gesta habentur. Eodem die: passio sancti bonefacii martyris sub diocleciano: apud tarsum passi: sed rome in via que latina nūcupatur sepulti. Hic cū diu in stupro misceretur: tandē diuino nutu compunctus. nō solū cui subiacebat vitiū deseruit: verūquoq͡ȝ per diuersa tormenta ad palmā martyrii ardenter cucurrit. Item sancti bonefacii episcopi et martyris. Qui de britāniis veniens: ꝛ fidē christi gentibus euangelizans: cum maximā multitudinem in frixia christiane religioni subiugasset: nouissime gladio peremptus: martyriū consummauit: cum eubaneo epo: et aliis seruis dei.

Nemo inquit gregorius estimet in luxu atq͡ȝ studio vestiū peccatū deesse. Quia si hoc culpa non esset: nullomodo iohannē

dominus de vestimenti sui asperitate laudasset. Si cultus vestiũ culpa nõ esset: nequaq̃ petrus apostolus per epistolã feias a preciosa℞ vestiũ appetitu cõpesceret dicẽs: nõ in veste p̃ciosa.

Octavo idus iunii. Luna

C	xvii	xxviii	ix	xx	ii	xii	xxiii	iiii	xv	xxvi
	A	B	C	D	E	F	G	H	J	K
	vii	xviii	xxix	x	xxi	iii	xiii	xxiiii	v	
	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

Natalis beati philippi: qui fuit unus de septẽ dyaconib⁹. Hic signis et prodigiis inclytus apud cesaream requievit. iuxta quẽ tres virgines filie ipsius: prophetisse tumulate iacent. ¶ Apud tharsum cilicie: martyrũ viginti. tempore diocleciani: et maximiani. qui per diversa supplicia glorificaverũt deũ in corporibus suis. Rome: sancto℞ martyrũ artemii. cũ uxore sua candida: et filia paulina. Qui artemi⁹ gladio pcussus uxor vero eius et filia: lapidibus sunt obrute. Civitate nivedunö: sanctorum amantii et alexandri. Ipso die: claudii confessoris archiepiscopi bisuntinensis. Et alio℞ sanctorum

Nichil peius q̃ culpam agnoscere: nec deflere. Duplicem habere debet fletũ in penitentia oĩs peccator: sive quia p negligẽtiã bonũ nõ fecit: seu q₂ malũ p audaciã ꝑpetravit. Quod enĩ oportuit: non gessit. et gessit quod agere non oportuit.

Septimo idus iunii. Luna

D	xviii	xxix	x	xxi	iii	xiii	xxiiii	v	xvi	xxvii
	A	B	C	D	E	F	G	H	J	K
	viii	xix	i	xi	xxii	iiii	xiiii	xxv	vi	
	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

Constantinopoli: natalis beati pauli eiusdẽ civitatis epi. Qui a constantinopoli imperatore apud civitaculam quãdam capadocie cucusam noie. ob catholicã fidem pulsus exilio. arriano℞ insidiis crudeliter strangulatus. ad celestia regna migravit. ¶ Item cordube: sancto℞ petri presbyteri: anentii. ieremie: et aliorum trium. Et aliorum sanctorum

Ille penitẽtiã digne agit: qui reatum suum satisfactione

legitime plangit. Condēnando scilicet ac deflendo q̄ gessit: tāto inde plorandū sit profusius: q̄to extitit in perpetrādo procliuis Ille penitentiam digne agit: qui sic preterita mala deplorat: vt futura iterum non committat. Tu autem domine.

Sexto idus iunii. Luna

xix	i	xi	xxii	iiii	xiiii	xxv	vi	xvii	xxviii.	E
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K	
ix	xx	ii	xii	xxiii	v	xv	xxvi	vii		
L	M	N	O	P	Q	R	S	T		

In galliis: suessionis ciuitate: natalis beati medardi epī nouiomensis. Qui quāti fuerit meriti: ostēsum est cum in eius obitu celi aperti sunt: atq; ante eum diuina micuerūt luminaria. Eodem die: sancti gildardi rotomagēsis episcopi. Item senonis: sancti eraclii epī et confessoris. In sardinia: sancti salustiani. Corduba: scti abundi pr̄sbyteri et martyris.

Qui plangit peccatū: et admittit peccatū: quasi si quis lauet laterē crudū: quē q̄to magis elauerit tāto amplius lutū facit.

Quinto idus iunii. Luna

xx	ii	xii	xxiii	v	xv	xxvi	vii	xviii	xxix	F
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K	
x	xxi	iii	xiii	xxiiii	vi	xvi	xxvii	viii		
L	M	N	O	P	Q	R	S	T		

Rome: in monte celio. natalis sanctorū martyrū primi et feliciani sub diocleciano et maximiano imperatoribus. Hi gloriosissimi martyres longeuā in domino vitā ducentes: et nūc simul paria: nūc sigillatim diuersa et exquisita ferentes supplicia: tandē felicis pugne cursum gladio animaduersi consummauerunt. In galliis ciuitate agenno. passio beati vincentii leuite et martyris. Item in scothia: sancti columbe presbyteri et confessoris magne et mirande virtutis viri. Nicea: sancti diomedis. Apud monasterium sancti germani: dedicatio oratorii in honore beati petri apostoli.

Quāuis quisq; sit peccator et impius: si ad penitentiā cōuertatur: cōsequi posse veniā creditur. Nullus enī de bonitate

dei dubitet: sed sola accipientium prauitas: conferri sibi indul=
gentiam abnegat. Tu autem domine miserere nostri.

Quarto idus iunii. Luna

G									
xxi	iii	xiii	xxiiii	vi	xvi	xxvii	viii	xix	i
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
xi	xxii	iiii	xiiii	xxv	vii	xvii	xxviii	ix	
L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

Rome via aurelia: natalis sanctorū martyrū basilidis: tripodis: et mandalis. sub aureliano imperatore p̄side platone: et alioꝝ viginti martyrū. ¶ Eodem die via salaria: passio beati getulii clarissimi et doctissimi viri. sociorūq; eius cerealis. amantii et pritini. Qui iussu aureliani īperatoris primo cesi. deinde in carcerem detrusi: postremū incendio sunt traditi ¶ Apud nichomediā: sancti zacharie. ¶ Antissiodoro: sancti censurii ep̄i et ↄfessoris. ¶ Parisius: depositio sancti lauderici ep̄i ꝛ ↄfessoris. q̄ eiusdē vrbis antistes licet min⁹ plene miraculorū signis fulgeat ī terris: tamē cū dn̄o creditur regnare ī celis.

In hac vita tantumdem penitentie patet libertas. post mortem vero correctionis nullam esse licentiam. Vnde et dn̄s dicit. Me oportet operari opera ei⁹ qui me misit: donec dies est. Veniet autem nox: quando nemo potest operari.

Tertio idus maii. Luna

A									
xxii	iiii	xiiii	xxv	vii	xvii	xxviii	ix	xx	ii
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
xii	xxiii	v	xv	xxvi	viii	xviii	xxix	x	
L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

Eodem die fit obitus magistri Gregorii ... collectoris huius ecclesie quondam magni canonici ... legavit xxx s. par. ... choro distribuendos

Natalis sancti barnabe apostoli. Qui cum esset cyprius: cum paulo gentiū apostolo ordinatus est. Huius corp⁹ tempore zenonis īperatoris ipso reuelante repertum est. In aquileia: passio sanctoꝝ martyrū felicis et fortunati. sub persecutione diocleciani ꝛ maximiani. Qui cum essent duo germani fratres: equuleo sunt suspensi: atq; ardētes lampades circa latera eorum apposite. Quibus mox dei virtute extinctis: p ventrem feruenti oleo sunt perfusi: atq; ad vltimum in confessione christi capite truncati.

Querite dn̄m dum inueniri potest: inuocate eū dum ppe est. Et vbi inueniri potest: nisi in hac vita in qua etiā et prope est omnibus inuocantibus se. Nam tūc iam longe erit: quādo dicet: Ite in ignem eternū. Modo eni non videtur: et prope est. Tunc videbitur et prope non erit: quia et videri poterit, et non poterit inueniri. Tu autem domine miserere nostri.

Pridie idus iunii. Luna

xxiii	v	xv	xxvi	viii	xviii	xxix	x	xxi	iii	B
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K	
xiii	xxiiii	vi	xxvii	xxvii	ix	xix	i	xi		
L	M	N	O	P	Q	R	S	T		

Mediolani: natalis beati nazarii martyris. quē anolinus sub rabie persecutionis que per neronē excitata est diu maceratū et afflictum in carcere: cum quo sanctissimū celsum puerū quem ipse nutrierat: gladio ferire anolinus iussit. Horū corpora vt scribit paulinus: cum vsqz ad tempora honorii et archadii imperatorū latuissent: beatus ambrosius domino reuelante repecit. Item apud prefatam vrbem: sanctorū martyrum basilidis. cirini: et naboris. Et aliorum sanctorū

Qui praue viuendo penitentiā in mortis agit periculo: sicut eius damnatio icerta est: sic remissio dubia. Qui ergo cupit certus esse in morte de indulgencia: sanus peniteat. sanusqz perpetrata facinora deleat. Tu autem domine

Idibus iunii. Luna

xxiiii	vi	xvi	xxvii	ix	xix	i	xi	xxii	iiii	C
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K	
xiiii	xxv	vii	xvii	xxviii	x	xx	ii	xii		
L	M	N	O	P	Q	R	S	T		

Rome via ardeatina: natalis sancte felicule virginis et martyris. que nolēs nubere: nec ydolis immolare: tradita est cuidam vicario qui fecit eam perseuerantē in cōfessione xpi. post tenebrosam custodiā et famis inopiā: leuari i equuleo: et sic demū deponi et precipitari in cloacā. Eodem die: sancti faudile presbyteri. qui apud cordubam ciuitatem: capite amputato: martyrium sumpsit.

Debeaugrant

Hoc est perfectum et rationabile ieiuniũ: quando noster homo exterior ieiunat, interior orat: facilius per ieiuniũ oratio penetrat celum. Tunc enim homo spiritalis effectus: angelis coniungitur: deoq; liberius copulatur. Tu autem dñe.

Decimooctauo kalendas iulii. Luna

D	xxv	vii	xvii	xxviii	x	xx	ii	xii	xxiii	v
	A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
	xv	xxvi	viii	xviii	xxix	xi	xxi	iii	xiii	
	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

Helisei prophete. Qui apud samariã palestine vt beatus scribit hieronymus situs est: vbi et abdias propheta q̃escit. Aurelianis: sancti aniani confessoris atq; pontificis. Apud cesareã capadocie: natalis sancti basilii epi et confessoris. Qui tempore valentis: doctrina et sapientia insignis. omnibus virtutibus fundatus mirabiliter effulsit. ¶ In territorio suessionis ciuitatis, sanctorũ martyrũ rufi et valerii, qui a preside rictionaro post illata sibi tormẽta: iussi sunt decollari. ¶ Ipso die: sancti quintiani presbyteri et confessoris.

Per ieiuniũ occulta misteriorũ celestiũ reuelãtur. diuiniq; sacramenti archana panduntur. Sic nanq; daniel angelo reuelante misteriorũ sacramenta cognoscere meruit. Hec virtus et angelorũ manifestationes et eorũ administrationes ostendit.

Decimoseptimo kalendas iulii. Luna

E	xxvi	viii	xviii	xxix	xi	xxi	iii	xiii	xxiiii	vi
	A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
	xvi	xxvii	ix	xix	i	xii	xxii	iiii	xiiii	
	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

Hodie fit obitus magistri Johannis [illegible] huius ecclesie cantoris qui legauit x florenos [illegible] in choro distribuendos

In sicilia: natalis sanctorũ martyrum viti: et modesti et crescentie. Qui sub diocleciano imperatore post ollam plumbi feruentis: post bestias et catastas diuina virtute superatas: cursum gloriosi certaminis pegerunt. Apud moesie ciuitate dorostoro: sci esichii militis et martyris. qui cũ beato iulio cõprehẽsus sub p̃side maximo: postea martyrio coronatus est.

Ieiunia fortia tela sunt aduersus tentamẽta demoniorũ:

cito enim per abstinentiã deuincuntur. Unde etiam dominus et saluator noster eorꝫ incursus ieiuniis et orationibus p̃monet superare dicẽs. Hoc genus non eicitur: nisi p orõem et ieiunium.

Decimosexto kalendas iulii. Luna

xxvii	ix	xix	i	xii	xxii	iiii	xiiii	xxv	vii
A	B	C	D	E	F	G	H	J	K
xvii	xxviii	x	xx	ii	xiii	xxiii	v	xv	
L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

F

Eodẽ die fit obitus magri Johannis Smith In memoria qm fieri ut continetur in festo sancti Johannis evangel.

In galliis: apud vrbem besuntionẽ: sanctorũ martyrũ ferreoli presbyteri et ferrutionis dyaconi: qui a beato hyreneo ep̃o ad predicandũ verbũ dei missi. postea sub claudio principe excruciati penis: gladio feriũtur. Antiochie: sctõꝝ martyrũ cirici et iulite matris eius. Qui post dira verbera et grauia tormenta martyrii sui cursum obtrũcatione capitis im pleuerũt. Lugduni: depositio beati aureliani ep̃i et ꝯfessoris.

Ieiunia per hypocrisim sepe exercentur. Quidam etenĩ mira inedia laniant exterminãtes sicut ait dominus i euangelio facies suas: vt appareant hominibus ieiunantes.

Decimoquinto kalendas iulii. Luna

xxviii	x	xx	ii	xiii	xxiii	v	xv	xxvi	viii
A	B	C	D	E	F	G	H	J	K
xviii	xxix	xi	xxi	iii	xiiii	xxiiii	vi	xvi	
L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

G

Rome: natalis sanctorum martyrũ ducentoꝝ sexaginta duorum. Qui positi sunt via salaria veteri: ad diuũ cu cumeris. Eodem die: vulmari confessoris: ãmirande sanctitatis et religionis viri. Aurelianis: sancti auiti abbatis et confessoris. Et aliorum sanctorum plurimoꝝ confessoꝝ

Ore hypocrite pallescunt. corpore atteruntur. cordis alta suspiri[illegible]unt. Ante mortem quoqꝫ mortiferis sese suppliciis tradu[illegible]antumqꝫ miseri laboris exercitiũ non pro dei amore: sed pro sola humane laudis admiratione sectãtur. Tu autem

Decimoquarto kalendas iulii. Luna

A	xxix	xi	xxi	iii	xiiii	xxiiii	vi	xvi	xxvii	ix
	A	B	C	D	E	F	G	H	J	K
	xix	i	xii	xxii	iiii	xv	xxv	vii	xvii	
	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

Rome via ardeatina: natalis sanctoꝝ marci et marcelliani fratrū. Qui a duce fabiano tenti. et ad stipitē ligati in pedibus acutos acceperunt. Cūq; nō cessarent laudare xp̄m: lancea per latera transfixi: cum gloria martyrii ad syderea regna migrauerunt. ¶ In hispaniis ciuitate malaca: sanctoꝝ martyrū sictiaci et paule virginis. qui post multa tormēta sibi illata lapidibus obruti: inter saxa animas celo reddiderunt. ¶ Alexandrie: marine virginis. ¶ In territorio senonensi apud cellas. depositio beati fortunati epi et confessoris. Qui vercellis ciuitate oriundus: et a primeue etatis flore peritie litterarum traditus. micanti studio longobardoꝝ phūs. deinde vero a beato germano parisioꝝ epo cognitus. vitam sācti marcelli predicte vrbis antistitis. totius mundi giramini indubitāter patefecit. Post paulum vero temporis: sancto germano egrotante. inedia feruente. angelica visitatione submonitus. cupiēs quoq; feruore speculationis aggredi parisius. ac sic circa vicesimū ab vrbe miliariū: dei numine tactus: in pace quieuit.

Ieiunia cum bonis operibus deo acceptabilia sunt. Qui autem a cibis abstinent et praue agunt: demones imitantur. quibus esca nō est: et nequitia semper est. Ille enim bene abstinet a cibis: q̄ et malicie actib9 et a mundi ieiunat ambitionibus.

Decimotertio kalendas iulii. Luna

B	i	xii	xxii	iiii	xv	xxv	vii	xvii	xxviii	x
	A	B	C	D	E	F	G	H	J	K
	xx	ii	xiii	xxiii	v	xvi	xxvi	viii	xviii	
	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

Mediolani: sanctoꝝ martyrū geruasii et prothasii fratrū. Ex quibus priorē tamdiu iussit artatius comes plumbatis cedi: quousq; exalaret spiritū. Sequentē vero fustibus cesū capite trūcari. Hoꝝ sepulchra sanctus ambrosius dn̄o reuelāte

repperit. et ita icorrupta eoꝝ corpora acsi eodem die fuissent in-
terempti. ¶ Apud rauennā. sancti vrsicini martyris. qui sub
iudice paulino post nimia tormenta in confessione dñi imobilis
permanens: capitis abscisione martyriū compleuit.

Qui execrationis studio non abstinentie voto ab escis car
niū sese suspendūt: hi potius execrandi sunt. quia dei creaturā
vsibus humanis concessam reiiciunt. Tu autem domine

Duodecimo kalendas iulii. Luna

ii	xiii	xxiii	v	xvi	xxvi	viii	xviii	xxix	xi
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
xxi	iii	xiiii	xxiiii	vi	xvii	xxvii	ix	xix	
L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

C

Rome: depositio sancti nouati fratris timothei p̄sbyteri
q̄ ab apostolis in fide eruditi sūt. Hoꝝ sorores fuerūt be
ata prudenciana. et praxedis sacre virgines christi. Ciuitate
thomis: sanctorum pauli et cyriaci. Et aliorum sanctorum

Nichil fidelib⁹ inquinatū: nichilqꝫ esse iudicatur immūdū
paulo attestante apostolo. Omnia munda mūdis. coinquina-
tis autem et infidelibus nichil est mundū: sed polluta sunt eoꝝ
et mens et corpora et conscientia. Tu autem domine

Undecimo kalendas iulii. Luna

iii	xiiii	xxiiii	vi	xvii	xxvii	ix	xix	i	xii
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
xxii	iiii	xv	xxv	vii	xviii	xxviii	x	xx	
L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

D

Apud siciliā ciuitate siracusana: natalis sctoꝝ martyrū:
rufini z marcie. ¶ Rome: sācte demetrie vgīs: q̄ cū an
tipiū iulianū pro fide xp̄i itroduceretur i ɋfessione spiritū emisit
¶ In pago adriacēsi: sci leufredi ɋfessoris. Qui i monimentū
eximie sanctitatis: orationibus suis: fontē produxisse fertur de
terra. In affrica: sanctorum quiriaci et apollinaris.

Spernitur ieiuniū: qd̄ i vesperū repletiōe ciborū reficitur:
Neqꝫ eni reputāda est abstinētia: vbi fuerit ventris saturitas
subsecuta. Tu autem.

Decimo kalendas iulii. Luna

E	iiii	xv	xxv	vii	xviii	xxviii	ix	xx	ii	xiii
	A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
	xxiii	v	xvi	xxvi	viii	xix	xxix	xi	xxi	
	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

In britannia: sancti albini martyris. qui tempore diocleciani in verolanno ciuitate: post verbera et tormenta acerba: capite plexus est. Passus est etiā cum illo vnus de militibus: eo ꝙ eum iussus ferire noluerit. Apud nolam campanie: natalis beati paulini epi et confessoris. cuius meminit sanctus gregorius in libro dyalogoꝝ. Claruit autē non solum eruditione et copiosa vite sanctitate: sed etiā potentia aduersū demones. Ipso die: depositio sci nicee. romiciane ciuitatis epi

Spernitur ieiuniū: quod in vesperū deliciis compēsatur. Tota die enim epulas in cogitatione ruminat: qui ad explendā gulam vespere sibi delicias parat. Tu autem domine. m.

Nono kalendas iulii. Luna

F	v	xvi	xxvi	viii	xix	xxix	xi	xxi	iii	xiiii
	A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
	xxiiii	vi	xvii	xxvii	ix	xx	i	xii	xxii	
	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

Vigilia sancti iohannis baptiste. Eodem die: sancti iohānis presbyteri et martyris: quē impius iulianus inauditū via salaria veteri. ante simulacrū solis decollari precepit. In tuscia: ciuitate vtrina: sancti felicis presbyteri et martyris. cuius os tamdiu iussit turcius prefectus lapide contundi: donec emitteret spiritū. In britānia: natalis sancte edilstrudis virginis. cuius corpus cum vndecim annis esset sepultum: incorruptum inuentum est. Et aliorum sanctoꝝ

Nullus desperare debet veniā: etiam si circa finem vite ad penitentiam conuertatur. Vnumquemqꝫ enim deus de suo fine: non de vita preterita iudicat. Hoc quippe et legis testimonio edocetur: quando cauda offerri iubetur i hostiam: id est vite extrema in penitentiam. Tu autem domine miserere nostri

Octauo kalendas iulii. Luna

vi	xvii	xxvii	ix	xx	i	xii	xxii	iiii	xv	G
A	B	C	D	E	F	G	H	J	K	
xxv	vii	xviii	xxviii	x	xxi	ii	xiii	xxiii		
L	M	N	O	P	Q	R	S	T		

n Natiuitas beati iohannis baptiste et precursoris domini. In territorio parisiensi cristolio: agoardi et aglibert cum aliis i numeris promiscui sexus. Augustuduno: depositio sancti simplicii episcopi. Et aliorum sanctorum.

y Isaias dicit. Lauamini: mundi estote. Lauatur itaqꝫ et mundus est: qui et preterita plangit. et flenda iterum non admittit. Lauatur et non est mundus: qui plangit que gessit: nec deserit. et post lachrymas ea que fleuerat: repetit. Tu autem

Septimo kalendas iulii. Luna

vii	xviii	xxviii	x	xxi	ii	xiii	xxiii	v	xvi	A
A	B	C	D	E	F	G	H	J	K	
xxvi	viii	xix	xxix	xi	xxii	iii	xiiii	xxiiii		
L	M	N	O	P	Q	R	S	T		

a Apud pirri beroeā: sancti sosipatris discipuli beati pauli episcopi. In alexandria: sancti galigani martyris. qui cum triumphalibus infulis: sublimatus acceptus esset augusto constantino et carus: per ipsius filiā nomine constantiā: ac christi martyres iohannem et paulum ad fidem christi cōuersus est. Huius sacre opinionis fama postmodum in toto orbe discreuit: intantum vt ab oriente et occidente venientes: viderent virum ex patricio et consule lauantem pedes pauperum. ponentem mensam: aquam manibus effundentem. languentibus sollicite ministrantem. et cetera sancte seruitutis officia exhibentem. Ipse vero postea cum sacrificare rogaretur: sub iuliano et contēneret: percussus gladio in corpore: christi martyrem fecit. Eodem die: translatio corporis beati eligii presbyteri et confessoris. Et aliorum sanctorum.

m Multi vitam sine crimine habere possunt. Nam quis in hoc seculo magna iustitie quisque claritate resplendeat:

nunq̃ tamẽ ad purũ peccatoꝝ sordibus caret. iohãne apostolo attestante qui ait. Si dixerimus q̃a peccatũ nõ habemus: ipsi nos seducimus. et veritas in nobis non est. Tu autem.

Sexto kalendas iulii. Luna

B	viii	xix	xxix	xi	xxii	iii	xiiii	xxiiii	vi	xvii
	A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
	xxvii	ix	xx	i	xii	xxiii	iiii	xv	xxv	
	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

Rome: natalis sanctoꝝ martyrũ iohãnis et pauli fratrũ. Quorum primus prepositus. secundus primicerius cõstancie virginis. filie constantini fuit. Qui postea sub iuliano martyrii palmã gladio cedente perceperũt. Apud triencinã vrbem. sancti vigilii episcopi. Qui sub scilicone consule pro xpi nomine magno lapidum ymbre percussus martyriũ cõpleuit. In pago pictauensi: sancti maxẽcii presbyteri et cõfessoris gloriosi in miraculis. Eodem die. sancte pseuerande virginis

Non solum grauia sed leuia sunt cauẽda peccata. Multa enim leuia: vnum grande efficiunt: sicut solent paruis et minimis guttis immensa flumina crescere. Immensitas enim in vnum coacta: exundantem efficit copiam. Tu autem domine.

Quinto kalendas iulii. Luna

	ix	xx	i	xii	xxiii	iiii	xv	xxv	vii	xviii
C	A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
	xxviii	x	xxi	ii	xiii	xxiiii	v	xvi	xxvi	
	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

Apud galaciam: beati crescẽtis discipuli beati pauli apostoli. Qui in gallias transitum faciens: verbo predicationis multos ad fidem christi conuertit. Rediens vero ad gentem cui specialiter episcopus fuerat datus: galathas vsq; ad beatum finem vite sue in opere domini confortauit. Apud tiburtinam vrbem italie: natalis sancte simphoriense cum septẽ filiis. crescente. iuliano. nemesia. primitiuo. iustino. stacteo. et eugenio. Quorum mater fide constantissima: sub arriano

Hic parisius celebratur festum visitationis beate marie.

princípe ob insuperabilem cõstantiã primo palmis cesa. deinde crinibus suspensa: nouissime saxo alligata. in flumẽ est precipitata. filii autem stipitibus ad trocleas extensi: diuerso mortis exitu martyriũ compleuerunt. ¶ Cordube: sancti zoili cuius corpus cum longo tempore vbinam sepultum fuerit latuisset: venerabili episcopo eiusdem loci: nomine agapio ex diuina reuelatione manifestatum est.

Peccata que insipientibus leuia sunt: perfectis viris grauia deputantur. Tãto enim maius cognoscitur esse peccatum q̃to maior qui peccat habetur. Crescit enĩ delicti cumulus iuxta ordinẽ meritorum. et sepe qđ minoribus ignoscitur: maioribus imputatur. Quarto kalendas iulii. Luna

x	xxi	ii	xiii	xxiiii	v	xvi	xxvi	viii	xix	D
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K	
xxix	xi	xxii	iii	xiiii	xxv	vi	xvii	xxvii		
L	M	N	O	P	Q	R	S	T		

Vigilia apostolorum petri et pauli. & natalis beati leonis pontificis et doctoris. ¶ Apud lugdunũ gallie: sancti hyrenei episcopi et martyris. Quem constat beati policarpi sacerdotis et martyris fuisse discipulum: vt scribit hieronymus et apostolorum temporum vicinum. Postea vero persecutiõe seueri cũ omni fere sue ciuitatis populo: glorioso coronatus est martyrio. ¶ Alexandrie: sanctorũ martyrũ plutarchi. sereni herediđis. herois. potamene & marcelle cum aliis tribus. inter quos precipue emicuit potamena virgo. Que primo immẽsos et innumeros agones pro virginitate desudans: deinde etiam pro martyrio exquisita et inaudita tormenta perpessa: ad vltimũ igne consumpta est. Et aliorum sanctorum

Maioris est culpe: manifeste q̃ occulte peccare. Dupliciter enim reus est qui aperte delinquit: quia agit et docet. De talibus ysaias dicit. et peccata sua quasi sodoma predicauerũt. Multi enim publice delinquentes: sine vllo pudore sua flagitia predicant. Tu autem domine miserere nostri.

Tertio kalendas iulii. Luna

E	xi	xxii	iii	xiiii	xxv	vi	xvii	xxviii	ix	xx
	A	B	C	D	E	F	G	H	J	k
	i	xii	xxiii	iiii	xv	xxvi	vii	xviii	xxviii	
	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

Rome: natalis beatorum apostolorum petri et pauli. qui passi sunt sub nerone cesare. basso et tusco cõsulibus. Quorũ prior in eadem urbe iuxta viam triũphalem totius orbis veneratione celebratur. sequens quoque in via ostinsi sepultus: pari habetur honore. Eodem die. sancti marcelli martyris: Qui apud castrũ argento magnũ pro fide xpi una cũ anastasio militari viro capite plexus est. In territorio senonico: beate virginis. Et aliorum sanctorum plurimorum martyrũ

Nulla utuntur quidam sceleris verecundia. Quedã enim iam iusticie portio est: iniquitatem suam homini abscondere. et in semetipso de peccatis propriis erubescere. Peccatum perpetrare crimen est. peccatum predicare clamor est. De quo etiam dicit apostolus. et clamor auferatur a vobis cum omni malicia idest cum ipsis peccatis. Tu autem domine

Pridie kalendas iulii. Luna

F	xii	xxiii	iiii	xv	xxvi	vii	xviii	xxviii	x	xxi
	A	B	C	D	E	F	G	H	J	k
	ii	xiii	xxiiii	v	xvi	xxvii	viii	xix	xxix	
	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

Commemoratio sancti pauli apostoli. Qui cum beato petro celũ gladio necatus accepit una eadẽ die Rome: beatissime lucine discipule apostolorum. Lemonicas ciuitate: sancti marcialis epi: cum duobus presbyteris alpiano et stratocliano. quorum vita miraculorũ signis admodum effulsit. Ipso die: sancti corsici presbyteri. et leonis subdyaconi. In territorio variensi: sancti ostiani presbyteri. Et aliorum.

Aliud est non peccare amore dilectionis dei: aliud timore supplicii. Qui enim amore caritatis dei non peccat: horrescit omne malũ: amplectendo iustitie bonũ. nec eum delectat peccatũ: etiam si sceleris impunitas promittatur. Qui vero sola pena supplicii in seuitia reprimit: ꝗuis non explcat opus peccati: viuit tamen in eo voluntas peccandi.

Julius habet dies triginta vnum.

kalendis iulii. Luna

xiii	xxiiii	v	xvi	xxvii	viii	xix	xxx	xi	xxii	
A	B	C	D	E	F	G	H	J	k	G
iii	xiiii	xxv	vi	xvii	xxviii	ix	xx	i		
L	M	N	O	P	Q	R	S	T		

In mõte or: depositio aaron sacerdotis primi. In territorio lugdunensi: depositio beati domiciani abbatis. Qui primus illic heremiticã vitam exercuit. et plurimos sibi i dei seruitio aggregãs: magnisq virtutibus et gloriosis miraculis valde clarus collectus est ad patres in senectute bona. Ciuitate engolisma. sancti eparchii monachi et ꝯfessoris. Annisule monasterio: sancti carilefi presbyteri. Item in territorio remensi: sancti theodorici presbyteri. In portu valẽciani: sancti saluii ꝯfessoris Eodem die: sancti leonorii episcopi et confessoris. Et aliorũ.

Grauissimũ est non facere: sed et diligere peccatũ. Nam sunt quidam qui confestim peracto flagitio confundũtur: et sũt qui non solum non dolent gessisse malũ: sed etiam de ipso mali opere gloriantur. sicq ad ꝑperationem mali fit deterius: dum de vitiis gratulantes extolluntur in peius. De talibus ait salomon. qui letantur cũ malefecerit: et exultãt in rebus pessimis.

Sexto nonas iulii. Luna

xiiii	xxv	vi	xvii	xxviii	ix	xx	i	xii	xxiii	
A	B	C	D	E	F	G	H	J	k	A
iiii	xv	xxvi	vii	xviii	xxix	x	xxi	ii		
L	M	N	O	P	Q	R	S	T		
								giiii		

Eod[em] die celebr[atur] festu[m] visitationis beate virginis festu[m] ... ex fundatione magri Nicolai ...

ut dicitur ps Ultimum vesperarum
an completorium Salve regina
ps nam et in fine alta voce
cantatur De profundis
Eodem die dr ante
missam Ave regina
celorum ex fundatione
magistri Petri Bourgoing
cum de profundis ps
nam

Rome via aurelia: natalis sāctoꝝ processi et martiniani. Qui a beato petro apostolo baptizati. sub nerone autē oris contusionē. equuleū. neruos. fustes. flāmas. scorpiones ꝑpessi. nouissime gladio cesi: martyrio coronantur. Ipso die: sanctoꝝ triū militū: qui cum beato paulo passi sunt. Item: sanctoꝝ martyrū aristonis. crescenciani. euticiani. vrbani. vitalis. iusti. felicissimi. felicis. marcie. et simphorose. qui omnes apud campaniā: glorioso martyrio coronati sunt. Turonis: depositio sancte monegundis virginis. Item visitatio beate marie virginis. Et aliorum sanctoꝝ plurimoꝝ.

Melius est peccatum cauere: q̄ emendare. Facilius enim resistimus hosti: a quo nondū victi sumus: q̄ ei a quo iam superati ac domiti cognoscimur. Omne peccatū anteq̄ admittatur amplius pertimescitur. Quāuis autē graue sit dum inuisum: venerit leue existimatur: et sine vllo metu committitur.

Quinto nonas iulii. Luna

B	xv	xxvi	vii	xviii	xxix	x	xxi	ii	xiii	xxiiii
	A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
	v	xvi	xxvii	viii	xix	xxx	xi	xxii	iii	
	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

Apud edessam mesopotamie: translatio scti thome apl'i. Ipso die: apud neocesareā ponti. natalis beati gregorii epi et martyris. Qui magna signoꝝ et miraculorū gloria preditus. inter cetera quodā tempore vt ecclesie faciende locus sufficeret: montē precibus mouit. Ciuitate elusina: sanctoꝝ martyrū hyrenei dyaconi et musciole nobilis matrone. q̄ passi sunt sub aureliano principe. In laodicia sirie. sancti antonii episcopi. qui non solum religiosis viris sed et philosophis āmiranda scripta dereliquit. Alexandrie. sancti triphonis et aliorum decem. Item constantinopoli: sancti eulogii

Nequissimū est peccare: peius est peccandi cōsuetudinem facere. Ab illa facile: ab hac cum labore resilitur. dum male consuetudini repugnatur. Tu autem domine

Quarto nonas iulii. Luna

xvi	xxvii	viii	xix	xxx	xi	xxii	iii	xiiii	xxv	C
A	B	C	D	E	F	G	H	J	K	
vi	xvii	xxviii	ix	xx	i	xii	xxiii	iiii		
L	M	N	O	P	Q	R	S	T		

Osee prophete. Turonis. translatio beati martini epi et ɔfessoris: et ordinatio episcopatus eius. In affrica natalis sancti iocundiani martyris in mare mersi. Apud syrmiū: sanctorꝫ martyrū innocēcii et sebastie cum aliis trigita. In territorio biturice ciuitatis: sancti lauriani martyris: cuius caput hyspalim: ad hyspaniam deportatū est.

Omnino peccare cauendum est. Quod si humana fragilitate surrepserit: confestim erit corrigendū quod nequiter sentitur cōmissum. Cito enim corrigitur culpa: que cito cognoscitur

Tertio nonas iulii. Luna

xvii	xxviii	ix	xx	i	xii	xxiii	iiii	xv	xxvi	D
A	B	C	D	E	F	G	H	J	K	
vii	xviii	xxix	x	xxi	ii	xiii	xxiiii	v		
L	M	N	O	P	Q	R	S	T		

Apud siciliam: natalis sancti domicii martyris: qui virtutibus suis multa incolis beneficia prestat. Rome: sancte zoee martyris: q̄ dū ad confessionē petri apostoli oraret: a persecutoribus artata et in custodiam obscurissimā trusa: deinde collo et capillis in arbore suspensa. adhibito subter horribili fumo: in confessione domini emisit spiritum.

Tardius sanatur vulnus: quod iā putrescētib⁹ mēbris longo post tēpore curatur. Iteratio peccati grauior est. Ita morb⁹ si super morbū veniat: sicut ymber si super ymbrem occurrat. Mora peccandi: immanitatem facit sceleris. Tu autem.

Pridie nonas iulii. Luna

xviii	xxix	x	xxi	ii	xiii	xxiiii	v	xvi	xxvii	E
A	B	C	D	E	F	G	H	J	K	
viii	xix	xxx	xi	xxii	iii	xiiii	xxv	vi		
L	M	N	O	P	Q	R	S	T		

A pud iudeam: ysaie prophete. qui sectus in duas partes occubuit. sepultusq₃ est sub quercu rogel. iuxta trāsitū aquarū. Item octaue apostoloꝝ. et primus beati pauli apostoli ingressus in vrbem romā: anno secundo imperii neronis ¶ Rome: natalis sancti transquilini martyris. Qui dum ad beati pauli ꝯfessionem oraret: tētus a paganis lapidibus martiriū consummauit. In pago treuerensi: sancti goaris presbyteri et confessoris. Et aliorum sanctoꝝ plurimoꝝ.

B onum est homini semper ante oculos propria adhibere delicta. secundū psalmi sententiā: ꝛ peccatū meū contra me est semper. Sicut eni nō oportet reminisci peccati affectū: sic semꝑ necesse est vnūquemq₃ suum in deflendo cōmemorari peccatū.

Nonis iulii. Luna

F	xix	xxx	xi	xxii	iii	xiiii	xxv	vi	xvii	xxviii.
	A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
	ix	xx	i	xii	xxiii	iiii	xv	xxvi	vii	
	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

A pud alexandriā: natalis sancti partheni viri apostolici et omni sapientia adornati. Cuius tantū studii ꝛ amoris erga verbū dei fuit vt etiam ad p̄dicandū christi euangeliū omnibus gentibus que in orientis vltimis secessibus recondūtur: fidei et deuotionis calore profectus sit. Rome: sanctorū martyrū nichostrati. claudii. castorii. victorini et simphoriani: Quos fabianus iudex per decem dies minis et blandiciis agēs cum i nullo penitus posset cōmouere: iussit eos tertio torqueri. et postea in mari precipites dari. Apud cantuariam: translatio sancti thome episcopi et martyris. Et alioꝝ sanctoꝝ

A pud iustū recordatio peccati facit tediū animi. Qui autē luxurie et cupiditati subditi sunt: contumaci superbia etiam de ipso peccati opere gloriantur. Tu autem domine

Octauo idus iulii. Luna

G	xx	i	xii	xxiii	iiii	xv	xxvi	vii	xviii	xxix
	A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
	x	xxi	ii	xiii	xxiiii	v	xvi	xxvii	viii	
	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

Eodē die fit obitus
dn̄i Johannis pasquier
huius ecclie canonici qui
legavit xxxij. s. p. choro
distribuend
Item dictus J pasquier legavit xlviij s. p.

Apud asiam minorē: sancti aquile et priscille vxoris eius. de quibus in actibus apostoloꝝ scribitur. In palestina: natalis beati precopii martyris. Qui ab scitopoli ductus cesaream: ad primā responsionis eius confidentiā: a iudice fabiano capite cesus est. Eodem die: sancti ciliarii martyris In pago pinciacēsi: sci nomīi ꝯfessoris. Ipso die sancti theobaldi confessoris. Et aliorum sanctoꝝ plurimoꝝ

Seruo dei tanta recordatio esse debet peccati: vt ea q̄ gessit semper lachrymans ꝯfiteatur. Unde et psalmus dicit. Conuersus sum in erumna mea: dum configitur spina. Tu autem.

. Septimo idus iulii. Luna

xxi	ii	xiii	xxiiii	v	xvi	xxvii	viii	xix	xxx	A
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K	
xi	xxii	iii	xiiii	xxv	vi	xvii	xxviii	ix		
L	M	N	O	P	Q	R	S	T		

Rome ad guttam iugiter manantē: natalis sancti zenonis martyris. et alioꝝ decem miliū ducentoꝝ trium. Eodem die: beati cirilli episcopi et martyris. Qui flāmis iniectus: cū illesus euasisset ac stupore tanti miraculi a iudice esset dimissus: rursus pro instanti: et altari p̄dicatione facta de xp̄o. ab eodem capite plexus est. In ciuitate tyro. passio sanctoꝝ anatholie et audacis: sub decio imperatore. Quorū anatholia christi virgo diuersis plagarū generib⁹ vexata: nouissime gladio transuerberata: martyriū compleuit. Audax quoqꝫ ī custodiam datus sine mora: capitali sentētia coronatur. Ciuitate martula: sancti bricii episcopi et confessoris. qui pro confessiōe domini: postq̄ est multa perpessus: et ab āgelo sancto et beato petro apostolo confortatus: item magnas populoꝝ credentiū multitudines omnipotenti deo lucri faciens: quieuit in pace.

Sicut plerisqꝫ multiloquiorum stulticia reprehendūtur: ita nimis rursum tacentium vitia denotantur. Illi enim satis laxando linguam in leuitatis vitio defluūt. isti reticendo nimis: ab vtilitate torpescunt. Tu autem domine miserere nostri.

Sexto idus iulii. Luna

B	xxii	iii	xiiii	xxv	vi	xvii	xxviii	ix	xx	i
	A	B	C	D	E	F	G	H	J	K
	xii	xxiii	iiii	xv	xxvi	vii	xviii	xxix	x	
	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

Rome: septem fratrū filioꝝ sancte felicitatis. ianuarii. felicis. philippi. siluani. alexādri. vitalis. ꝛ marcialis. E quibus ianuarius tempore antonini post verbera virgarū et carcerem. ad plumbatas occisus est. felix et philippus fustibus mactati. siluanus precipitio interēptus est. alexander. vitalis et marcialis capitali sententia puniti. Jn affrica: natalis sanctoꝝ ianuarii. marini. naboris et felicis decollatoꝝ. Jtē rome: sanctarū virginū: rufine et secunde. que persecutiōe valeriani et galieni: tormētis subacte. ad vltimū vna capiti illiso gladio. altera cesa ceruice: migrauerunt. Et alioꝝ sanctoꝝ.

Sicut malos mores bona colloquia corrigunt: ita praua colloquia bonos mores corrumpūt. Custodia ori ponitur: dum quisqꝫ non se iustū: sed quod magis verū est pctōrem fatetur.

Quinto idus iulii. Luna

C	xxiii	iiii	xv	xxvi	vii	xviii	xxix	x	xxi	ii
	A	B	C	D	E	F	G	H	J	K
	xiii	xxiiii	v	xvi	xxvii	viii	xix	xxx	xi	
	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

Translatio sancti benedicti abbatis. Apud armeniā minorē: ciuitate nichopoli. natalis sanctorū martyrū: ianuarii et pellagii: qui equuleo vngulis et testarū fragmētis diebus quattuor cruciati. martyriū impleuerunt. Jn territorio senonico: beati sidroni martyris. Jtem in territorio pictauensi: sancti albini confessoris. Et aliorum sanctoꝝ

Mendaces faciunt vt nec vera dicentib[9] credantur. Reddet enim sepe hominē multa falsitas: etiā in veritate suspectum. Sepe vera premittit qui falsa dicturus est: vt cū primū acquisierit fidem: ad reliqua mendacia audientes credulos faciat: multisqꝫ videantur vera esse: que falsa sunt. Tu autem.

Quarto idus iulii. Luna

xxiiii	v	xvi	xxvii	viii	xix	xxx	xi	xxii	iii	D
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K	
xiiii	xxv	vi	xvii	xxviii	ix	xx	i	xii		
L	M	N	O	P	Q	R	S	T		

Apud cypru͂: beati nasonis a͂tiqui christi discipuli. In aquileia: natalis sci ermagore epi͂: discipuli beati marci euangeliste. Qui inter miracula sanitatu͂ et predicatio͂is insta͂tiam: ac populoꝝ conuersatione͂: plurima penaru͂ genera expꝫtus: ad vltimu͂ cum fortunato archidiacono suo: capitali supplicio perpetuum meruit triu͂phum. In cesarea sancti dii.

Sicut mentiri non potest qui non loquitur: sic periurare non poterit: qui iurare non appetit. Cauenda enim est iuratio nec ea vtenda nisi in sola necessitate. Tu autem domine

Tertio idus iulii. Luna

xxv	vi	xvii	xxviii	ix	xx	i	xii	xxiii	iiii	E
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K	
xv	xxvi.	vii	xviii	xxix	x	xxi	ii	xiii		
L	M	N	O	P	Q	R	S	T		

Ioelis et ozee propheta͂ru͂. Apud macedonia͂: natalis beati sile apostoli. qui cum esset vnus de primis fratribus: et ab apostolis ad ecclesias gentiu͂ destinatus: p̄dicationis officiu͂ gratia domini plenus: instanter consummauit. atq̄ in passionibus suis christu͂ clarificans: postmodu͂ requieuit In affrica: sanctoꝝ confessoꝝ eugenii cartaginensis epi͂: fide ac virtutibus gloriosi: et vniuersi cleri ecclesie eiusde͂. qui cede iediaq̄ macerati. fere quingenti vel eo a͂plius: inter quos plurimi era͂t lectores. infantuli. gaudentes in domino: procul exilio crudeli extrusi sunt. Erant aute͂ in eis: nobilissimꝰ archidiaconus noi͂e salutaris. et murita. secundus in officio ministroru͂. qui tertio confessores effecti: glorioso i christo perseuera͂cie titulo illustrati sunt. In brita͂nia minori: sancti turiaui episcopi et co͂fessoris. mire simplicitatis et innocentie viri. Et aliorum sanctoꝝ.

Non est contra dei preceptu͂ iurare. sed du͂ vsum iurandi

facimus: periurii crimen incurrimus. Nunq̄ ergo iuret: qui ꝑiurare timet. Tu autem domine miserere nostri

Pridie idus iulii. Luna

F	xxvi	vii	xviii	xxix	x	xxi	ii	xiii	xxiiii	v
	A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
	xvi	xxvii	viii	xix	xxx	xi	xxii	iii	xiiii	
	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

Apud pontū: natalis beati foce epi: ciuitatis sinopis. qui sub traiano imperatore carcerē. vincula et ferrū. ignē etiam pro christo superauit. Alexandrie: sancti heraclee antistitis: ob cuius opinionem celeberrimā memorat se africanus hystoriographus: ad eum properasse.

Multi dum loquuntur: iurare semper delectantur. Dum oporteat hoc tantum esse in ore. est est. non non. Amplius eni quod est est. et non est: a malo est. Tu autem domine.

Idibus iulii. Luna

G	xxvii	viii	xix	xxx	xi	xxii	iii	xiiii	xxv	vi
	A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
	xvii	xxviii	ix	xx	i	xii	xxiii	iiii	xv	
	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

Nisibi: natalis sancti iacobi episcopi et cōfessoris: magne virtutis viri. Hic vnus fuit ex numero confessorum sub persecutione maximini. eorum qui in nicena synodo peruersitatem arrii homousii oppositione dānauerunt. Rome in portu: natalis sancti eutropii. zosime. et bonose sororum. Apud cartaginem: sanctorum martyrū catulini dyaconi. ianuarii. florentii. iulie. et iuste qui sunt positi in basilica fausti. Alexandrie: sanctorum philippi. zenonis. marsei. et decem infantium. Ipso die: diuisio apostolorum ad predicandum.

Multi vt fallant periurant: vt per fidem sacramēti fidē faciant verbi. sicque fallendo dum periurant et mentiuntur: hominem incautum decipiunt. Tu autem domine

Decimoseptimo kalendas augusti. Luna

xxviii	ix	xx	i	xii	xxiii	iiii	xv	xxvi	vii	A
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K	
xviii	xxix	x	xxi	ii	xiii	xxiiii	v	xvi		
L	M	N	O	P	Q	R	S	T		

Apud antiochiā syrie: natalis beati eustachii epi et confessoris: sub constantino principe. Qui ob catholicā fidem intra ianopolim ciuitatē tracie pulsus exilio: ibidem requieuit.
In hostia: passio sancti hylarii monachi et martyris. qui cū nollet sub psecutōe iuliāi sacrificare fustib⁹ ces⁹ martyriū sūpsit

Sunt multi ad credendū pigri: qui non mouentur ad fidē verbi. Grauiter autē delinquūt: qui sibi loquētes iurare cogūt. Quacunqȝ arte verboꝝ quisqȝ iuret: deus tamen qui conscientie testis est: ita hoc accipit: sicut ille cui iurat intelligit. Tu autem

Decimosexto kalendas augusti. Luna

xxix	x	xxi	ii	xiii	xxiiii	v	xvi	xxvii	viii	B
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K	
xix	xxx	xi	xxii	iii	xiiii	xxv	vi	xvii		
L	M	N	O	P	Q	R	S	T		

In cartagine: natalis sanctoꝝ martyrū scilitanoꝝ. spati narchali. cithini. beturii. felicis. aquilini. letacii. ianuarie. generose. donate. et secunde sub saturnino pfecto. Qui post primam confessionem in carcerem missi: et in ligno confixi: deinde gladio decollati sunt. Et aliorum sanctorum

Cupiditas omniū criminū materia est. Unde et apostolus ait. Radix omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes errauerunt a fide. Tu autem domine

Decimoquinto kalendas augusti Luna

xxx	xi	xxii	iii	xiiii	xxv	vi	xvii	xxviii	ix	C
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K	
xx	i	xii	xxiii	iiii	xv	xxvi	vii	xviii		
L	M	N	O	P	Q	R	S	T		

Apud cartaginē: sancte gaudenes martyris. Que iussu rufini proconsulis ob christi confessionē quater diuersis temporibus: equulei extensione vexata: et vngulaꝝ laceratiōe

cruciata. carceris etiam squalore diutissime afflicta: nouissime gladio cesa est. ¶ Ciuitate dorostoro: sancti emiliani. Eodē die: natalis sancti arnulfi episcopi et martyris.

N unq̄ȝ saciari nouit cupiditas. semper enī auarus eget: q̄to qȝ magis acquirit: tanto amplius querit. Nec solum deside rio augendi excruciatur: sed etiam amittēdi metu afficitur.

Decimoquarto kalendas augusti Luna

D i xii xxiii iiii xv xxvi vii xviii xxix x
A B C D E F G H J K
xxi ii xiii xxiiii v xvi xxvii viii xix
L M N O P Q R S T

Eodem die fit obitus ... Roberti ... fundatoris ... ecclesie

N atalis sācti epafre martyris. qui a beato paulo colosis ordinatus episcopus. clarus virtutibus ibidem martyrii palmā: pro ouibus sibi cōmendatis virili agone percepit. ¶ Apud thebaidē: sancti patris nostri arsenii. de quo in verbis seruorum refertur. quia propter redūdationē lachrymarū tergendam: sudariū semper in sinu vel in manu habuerit. In hispania ciuitate hispali: sanctarū iuste et rufine. que a preside diogemano comprehense: primo equulei extēsione et vngularum laniatione vexate sunt. Post carcere et iedia doloribus afflicte Tandem iusta in carcere spiritum exalauit. Rufine ceruix confracta in confessione est. Et aliorum sanctorum.

P roxima est ventri libido sicut loco sic vitio. Ubi enī vētris cura: ibi et eorum que circa ventrē sunt proxima. In ordine nāqȝ membrorum: genitalia ventri iungūtur. Dumqȝ vnum ex his imoderate reficitur: aliud ad luxuriā excitat nō ad sacietatē

Decimotertio kalendas augusti. Luna

E ii xiii xxiiii v xvi xxvii viii xix xxx xi
A B C D E F G H J K
xxii iii xiiii xxv vi xvii xxviii ix xx
L M N O P Q R S T

Eodem die fit obitus magistri Johannis ... canonici ... legauit ...

N atalis beati ioseph: qui cognominatus est iustus. Hic predicationis et sanctitatis officio inseruiens. multāqȝ pro fide christi persecutionē a iudeis sustinens: victoriolissimo

fine in iudea ɋeuit. De quo refertur ꝙ venenū biberit: et nichil ex hoc triste pertulerit propter fidem dñi. Apud damascū: sanctoꝝ fabini. maximi. iuliani. maccobii. cassii: et paule cum aliis decem. Ciuitate cortuba: sci pauli dyaconi ꝛ martyris. Eodem die: sancte margarete virginis et martyris.

Tantummodo vt corpus sustentetur: epulis est vtendū. Nam philosophi dixerunt cibos inuentos esse vt contineant animam: non vt corrumpant. Tu autem domine

Duodecimo kalendas augusti. Luna

iii	xiiii	xxv	vi	xvii	xxviii	ix	xx	i	xii
A	B	C	D	E	F	G	H	J	K
xxiii	iiii	xv	xxvi	vii	xviii	xxix	x	xxi	
L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

F

Eod. die fit obitus magri Jacobi [illegible] canonici [illegible] ecclesie q[ui] legavit xxxii s.

Danielis prophete: Rome: sancte praxedis virginis. Hec in omni castitate et lege diuina erudita. vigiliis et orationibus atq; ieiuniis assidue vacans quieuit in christo. Sepultaq; est iuxta sororē suā potēcianā via salaria. In galliis ciuitate marsilia: natalis sancti victoris martyris. Qui cū esset miles: et nec militare nec ydolis sacrificare vellet: primo in carcerē trusus. ibiq; ab angelis visitatus: deinde variis excruciatus penis: nouissime cōtritus i mola pistoria: martyriū consūmauit. Passi sunt cū eo tres milites. alexander. felicianus. et longinus. Trecas. sancte iulie virginis et martyris.

Qui nimiū cibis vtuntur: ɋto magis ventrem pascunt: tanto amplius sensum mētis obtundunt. Nam greci dixerūt: ex crasso ventre subtilem sensum gigni nō posse. Nam gule saturitas nimia: aciem mentis obtundit: ingeniumq; hebescere facit. Tu autem domine miserere nostri.

Undecimo kalendas augusti. Luna

iiii	xv	xxvi	vii	xviii	xxix	x	xxi	ii	xiii
A	B	C	D	E	F	G	H	J	K
xxiiii	v	xvi	xxvii	viii	xix	xxx	xi	xxii	
L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

G

i In cypra galacie: natalis sancti platonis martyris. cuius gesta habentur. Eodem die: sancte marie magdalene. et sinticem beate: que philippis dormit sepulta. de qua apostolus paulus scribit. Monasterio fontinella. depositio scti vuandregisilli abbatis. In territorio aruenensi: sancti menelei abbatis. Et aliorum sanctoꝝ plurimoꝝ martyrū

l Libidinis ignes: ciborum fomentis increscunt. Corpus autem quod abstinentia frangitur: tētatio nō exurit. Cui abūdantia est epularum: ardentis diuitis intendat suppliciū. Cuius tanta in inferno inter ignes erat inopia: q̄ta hic epularum fuerat copia. In hoc enim seculo esurire et sitire noluit: propterea inter flammas illic sitiens: stillam aque quesiuit. nec meruit.

Decimo kalendas augusti. Luna

A	v	xvi	xxvii	viii	xix	xxx	xi	xxii	iii	xiiii
	A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
	xxv	vi	xvii	xxviii	ix	xx	i	xii	xxiii	
	L	M	N	O	Q	P	R	S	T	

Eodem die fit obitus ymonis Bourdon in Logaml xxviii st

n Natalis beati appollinaris episcopi. Qui ab apostolo petro rome ordinatus: et rauennam missus. postea pro fide christi diuersas et multiplices cedes perpessus est. Tandem autem sub vespasiano cesare inter ipsa vicissim succedētia sibi tormenta: gloriosum martyrium consummauit. Et aliorum.

c Considerandum est q̄ vehementer arguatur commessatio sumptuosa: vel supersticiosa conuiuia. Et per prophetā ita comminetur dominus: se non hanc relaxare iniquitatē. his qui eam libenter ambiunt et cupiūt. Dicitur enim per ysaiā. Ecce gaudiū et leticia occidere vitulos: et iugulare arietes. comedere carnes: et bibere vinum. Si dimittatur iniquitas hec vobis: donec moriamini. Tu autem domine

Nono kalendas augusti. Luna

B	vi	xvii	xxviii	ix	xx	i	xii	xxiii	iiii	xv
	A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
	xxvi	vii	xviii	xxix	x	xxi	ii	xiii	xxiiii	
	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

r Rome via tiburtina: natalis sancti vincentii. Apud emeritã hispanie civitatẽ: sancti victoris militis. Qui cum duobus fratribus stercatio. et antinogeno diversis examinatus suppliciis martyriũ consummavit. In italia civitate tyro: sancte cristine virginis. que in christũ credens: primo sub duobus iudicibus tormenta constanter perferens: novissime p successorem eorum abscisione lingue: et sagittarum confixione cursum martyrii sui compleuit. Eodem die: sanctarũ martyrum: nicee et aquiline. que beati christofori martyris predicatione ad christum converse: martyrii palmam: capitis abscisione sumpserunt. Civitate amiterina: militũ octoginta trium.

Sicut omnes carnales cupiditates abstinentia resecãtur ita omnes anime virtutes: edacitatis vicio destruũtur. Inde est q et princeps coquorum muros ierusalem subvertit: quia et venter cui servitur a coquis virtutes destruit. Neqz eniz posse quempiam: dico virtutum perfectionem attingere: nisi prius ventris edomuerit ingluviem. Tu autem domine

Octavo kalendas augusti: Luna

vii	xviii	xxix	x	xxi	ii	xiii	xxiiii	v	xvi	
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K	C
xxvii	viii	xix	xxx	xi	xxii	iii	xiiii	xxv		
L	M	N	O	P	Q	R	S	T		

n Natalis beati iacobi apostoli fratris iohannis euãgeliste. Huius sacratissima ossa ab hierosolimis ad hispanias translata: et in ultimis earũ finibus condita: celeberrima illarum gentium veneratione excoluntur. In licia: civitate samon: sancti christofori. qui virgis ferreis attritus. et a flammis estuantis incendii christi virtute salvatus: ad ultimum sagittarum ictibus confossus. martyrium capitis obtrũcatione compleuit. Civitate barcinona: natalis beati cucuphatis martyris. Qui pro nomine domini atrocissima tormenta sub tribus expertus iudicibus: novissime gladio victor migravit. Civitate parisius: translatio sancti germani episcopi et cõfessoris. Cenomãnis: translatio sancti iuliani epi et cõfessoris

Nemo potest dominari ceteris viciis: nisi prius ingluuiē ventris restrinxerit. Nec quisq̄ facile poterit a semetipso spūs immundos repellere: nisi per abstinentiā gule. Tunc enī hostes qui extra nos sunt: a nobis fortius superantur: quando prius que intra nos sunt vitia extinguuntur. Nam frustra foris agit bellum: qui intus habet periculum. Tu autem domine

Septimo kalendas augusti. Luna

D										
	viii	xix	xxx	xi	xxii	iii	xiiii	xxv	vi	xvii
	A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
	xxviii	ix	xx	i	xii	xxiii	iiii	xv	xxvi	
	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

Natalis sancti heresti. qui philippis a beato paulo episcopus relictus ibidem martyrio coronatus quieuit. Rome in portu: sancti iacincti martyris. qui primo ī ignē missus: inde in validissimū torrētem precipitatus: illesus euasit. Post hec a consulari leoncio gladio percussus vitam finiuit. Via latina: sanctorum martyrum simpronii. olympii. theodoli. et exuperie. qui ignibus conflagrati: vt in gestis sancti stephani legitur: martyrii palmam adepti sunt. Parisius: translatio magne laudis et eximii viri marcelli eiusdem loci pastoris. Item festiuitas beate anne: matris genitricis dei marie.

Non qualitas ciborum: sed cupiditas cauenda est. Nam sepe accuracius preparata sine gule concupiscentia degustātur. et sepe abiecta et vilia: edendi cupiditate sumuntur. Sicq̄ fit vt non sit in culpa ciborū qualitas: sed illud reputetur in vicio quod cum desiderio degustatur. Tu autem domine

Sexto kalendas augusti. Luna

E										
	ix	xx	i	xii	xxiii	iiii	xv	xxvi	vii	xviii
	A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
	xxix	x	xxi	ii	xiii	xxiiii	v	xvi	xxvii	
	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

Transfiguratio christi in monte thabor. Apud ephesum: natalis sanctorum maximiani. malchi. martiniani: et aliorum quattuor fratrum: quorum gesta habentur

¶ Nichomedie: sanctorum martyrum hermolai presbyteri. hernempi et hermogratis fratrũ: Qui post multas penas sibi illatas a maximiano imperatore: capitali sententia ob confessionem christi puniti sunt. Eodẽ die in sicilia: beati symeonis monachi. Antissiodoro. depositio etherii episcopi. Et aliorum

P lerisqȝ laus est multũ bibere: et non inebriari. Audiãt hi aduersum se dicentem prophetam. Ve qui potentes estis ad bibendum vinum: et viri fortes ad miscẽdam ebrietatem. Vino multo deditos: et luxuriose viuentes ysaias sic arguit dicẽs. Ve qui consurgitis mane ad ebrietatem sectãdam: et potadũ vsqȝ ad vesperum. vt vino estuetis. Tu autem domine miserere. n

¶ Quinto kalẽdas augusti. Luna

x	xxi	ii	xiii	xxiiii	v	xvi	xxvii	viii	xix	
A	B	C	D	E	F	G	H	J	K	F
xxx	xi	xxii	iii	xiiii	xxv	vi	xvii	xxviii		
L	M	N	O	P	Q	R	S	T		

A pud nichomediã: passio beati pantaleonis. Qui tentus pro fide christi a maximiano: equulei pena: et lapidum extustione cruciatus: sed inter hec dño sibi apparẽte refrigeratus: tandẽ ictu gladii martyriũ consũmauit. In britãnia minori: dolo monasterio: sancti sansonis epĩ ⁊ ꝯfessoris. Lugduni: sci peregrini p̃sbyteri. cuius beatitudine miraculorum gl̃ia testatur.

Hic parisius celebratur festum beate anne matris marie

M ulti a mane vsqȝ ad solis occubitũ: ebrietatis et gule voluptatibus seruiũt. Nec itelligũt cur nati sunt: sed ꝯsuetudine belluina detenti: luxurie tantum tota die epulisqȝ inseruiunt.

Quarto kalendas augusti. Luna

xi	xxii	iii	xiiii	xxv	vi	xvii	xxviii	ix	xx
A	B	C	D	E	F	G	H	J	K
i	xii	xxiii	iiii	xv	xxvi	vii	xviii	xxix	
L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

R ome via aurelia: natalis beati felicis pape ⁊ martyris qui a constantino augusto ob catholice fidei defensionem a sede sua deiectus: et gladio necatus: gloriosissime occubuit.



Eodem die / alta missa pro dno alegrany de sancto pantgaleone cum cappis diaconus et subdiaconus quam legant presentibus [illegible]

Nicomedie passio s. Pantgaleonis martiris qui cum iubente maximiano artem discebat medicine a pbro hermolao ad fidem xpi conversus multa miracula fecit, patremque suum senatorem [illegible] xpi fidei subiugavit. Ob quam causam tentus est ab eodem maximiano, equulei pena et lapidum extustione cruciatus. Sed inter hec dno sibi apparente refrigeratus tandem ictu gladii martyrium consummavit./

Item in via portuensi: sanctorum martyrũ simplicii. faustini: et beatricis tépozibus diocleciani. Quoꝝ duo post multa et diuersa supplicia. iussi sunt capitalem subire sententiã. Beatrix vero soror eorum: in christi confessione prefocata est in carcere. Ciuitate trecas: sancti lupi confessoris: qui cum beato germano in britanniam directus venit. Hic quinquaginta duobus annis sacerdotio venerabiliter functus est.

Clamat ioel propheta his qui ebrietati deseruiunt dicens. Expergiscimini ebrii et flete: et vlulate omnes qui bibitis vinũ in dulcedinem. Quo testimonio non ait tantum: flete omnes q̃ bibitis vinum vt bibere omnino non liceat: sed adiecit ad dulcedinem: quod est ad voluptuosam et prodigam effusionem.

Tertio kalendas augusti. Luna

	xii	xxiii	iiii	xv	xxvi	vii	xviii	xxix	x	xxi
A	A	B	C	D	E	F	G	H	I	k
	ii	xiii	xxiiii	v	xvi	xxvii	viii	xix	i	
	L	M	N	O	Q	P	R	S	T	

Rome: natalis sanctorum martyrum abdon et sennes: sub reguloꝝ Qui cum in corduba ciuitate vincula paterentur a decio: ad vltimum duxit eos rome catenis obligatos: et diuersis penis maceratos. vbi primo plumbatis cesi: et deinde gladio interfecti sunt. Apud affricam: ciuitate lucernaria. sanctarum virginum maxime: donatille et secunde. Que persecutiõe galieni aceto et felle primum potate. deinde plagis acerrimis cese: et equulei extensione cruciate. postmodũ etiam craticulis exuste. necnon ad bestias proiecte. sed ab his intacte. nouissime gladio iugulate sunt. Et aliorum sãctorum plurimorum martyrum confessorum atqꝫ virginum.

Quãtum satis est necessitati edocet timotheo bibere apostolus dicens. Uino modico vtere. Non solum vino inebriantur homines: sed etiam ex ceteris potandi generibus que vario modo conficiuntur. Tu autem domine.

Pridie kalendas augusti. Luna

xiii	xxiiii	v	xvi	xxvii	viii	xix	xxx	xi	xxii
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
iii	xiiii	xxv	vi	xvii	xxviii	ix	xx	ii	
L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

Apud cesareā: passio beati fabii martyris. qui cum ferre vexilla presidialia recusaret: primum diebus aliquot in carcerem trusus. deinde interrogatus semel ꝛ iterum in christi confessione perdurauit. et mox a iudice capitali sententia cōdēnatur. ¶ Rauenne: transitus sancti germani antissiodorensis episcopi: genere fide ꝛ doctrina atq; miraculorum gloria clarissimi. ¶ Ciuitate sinnenda: sanctorum democriti. secundi. et dyonisii. Et aliorum sanctorum plurimorum martyrum cōfessorum atq; virginum.

Ce livre est de leglie s.t paul de s.te denis en france.

n Nazareis qui se sanctificabant: a domino preceptum est vinũ et siceram non bibere. Utraqȝ enim statũ mẽtis euertunt: et ebrios faciunt. Luxuriã quoqȝ carnis vtraqȝ equaliter gignunt. Tu autem domine miserere nostri.

Augustus habet dies triginta vnũ
kalendis augusti. Luna

c

xiiii	xxv	vi	xvii	xxviii	ix	xx	i	xii	xxiii
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
iiii	xv	xxvi	vii	xviii	xxix	x	xxi	iii	
L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

s Antiochie: natalis sanctoꝝ machabeoꝝ. Rome: sancti petri ad vincula. Apud italiã: ciuitate vercelli: beati eusebii epi et martyris. Qui ob cõfessionẽ fidei a constantio stitopolim et inde capadociam relegatus: post ecclesiã suã reuersus: nouissime ꝑsequẽtibus arrianis martyriũ passus est. Itẽ rome: passio sanctarũ virginũ spei. fidei. caritatis et sapientie matris earumque sub adriano principe martyrii coronã adepte sunt. Via latina. sanctoꝝ martyrũ: boni presbyteri. fausti. et mauri cũ aliis septem. qui in stephani pape actibus describũtur. In hispaniis ciuitate gerũda: natalis sancti felicis martyris. quẽ iussit dacianus post illata tormentoꝝ genera: vngulis detrahi: ac deinde vsqȝ ad ossa laniari: et tamdiu vulneribus in staurari. vsqȝ dum inuictum spiritũ christo reddidit. Apud arabiam ciuitate philadelphia: sctõꝝ martyrũ cyrilli. aquile. petri. domiciani. rufi et menãdri. vna die coronatoꝝ. In territorio pacisiacensi. sancti iustini martyris. In pago lisimio. sancti nemesii confessoris. Castro corbosso: sancti exuperii epi et confessoris: cuius corpus persecutione danorũ a redonis ciuitate fugatum: atqȝ a galliarũ incolis honorifice susceptum: in predicto loco affectu magne deuotionis colitur.

Quidam continentes sicut panem cum pondere edũt: ita aquam cum mensura sun t. asserentes ad castimoniã carnis etiam abstinentiam conuenire: Tu autem domine.

Quarto nonas auguſti. Luna

xv	xxvi	vii	xviii	xxix	x	xxi	ii	xiii	xxiiii	D
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K	
v	xvi	xxvii	viii	xix	i	xi	xxii	iiii		
L	M	N	O	P	Q	R	S	T		

Eodē die obitus gaudefredi le vilain

Rome in cimiterio calixti. natale beati ſtephani pape et martyris. Qui perſecutione valeriani cum inſequeretur ob xpi martyriū & ſtaret intrepidus ante altaris ſolēnia: ac iugiter cepta pficeret: in eodem loco ſicut in ſua decollatur ſede. Jn prouincia bitinia: vrbe nicea: ſancte theodote cū tribus filiis ſuis. E quibus primogenitū nomine euodum chriſtum fiducialiter confitentē fecit. primū cōſularis bithinie fuſtib[9] cedi: deinde ipſam cum omnibus filiis igne conſumi. Et aliorum

Hoc eſt remediū qui viciorꝫ tentamētis exeſtuat: vt quotiens quolibet tangitur vitio: totiens ad orationem ſe ſubdat. Quia frequens oratio: vitiorum impugnationē extinguit.

Tertio nonas auguſti. Luna

xvi	xxvii	viii	xix	i	xi	xxii	iii	xiiii	xxv	E
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K	
vi	xvii	xxviii	ix	xx	ii	xii	xxiii	v		
L	M	N	O	P	Q	R	S	T		

Jeroſolimis: inuentio beatiſſimi ſtephani prothomartyris: et ſanctorū gamalielis. nichodemi et abibon. Hoc ſeptimo honorii principiis anno reuelata: atqꝫ a beato preſbytero luciano ſcripta. ad totius eccleſie pſonā oībus fere gētibus declaratur. Cōſtātinopoli: ſācti hermelli martyris. Et aliorꝫ.

Quando quiſqꝫ orat: ſanctū ad ſe ſpiritū aduocat. At vbi venerit: confeſtim tētamenta demonū: qui ſe mētibus humanis immergunt: preſentiā eius ferre non ſuſtinentes: effugiūt.

Pridie nonas auguſti. Luna

xvii	xxviii	ix	xx	ii	xii	xxiii	iiii	xv	xxvi	F
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K	
vii	xviii	xxix	x	xxi	iii	xiii	xxiiii	vi		
L	M	N	O	P	Q	R	S	T		

N atalis beati aristarchi discipuli sancti pauli apl'i. Rome via latina: passio sancti tertulini martyris. qui sub aureliano imperatore post impiã fustiũ mactationez: et igniũ circa latera exustionẽ: ac oris conquassationẽ. atq equulei extẽsionem. neruorumq cesionem: data sententia: capitis amputatione martyrium consummauit. Et aliorum sanctorum.

O ratio cordis est: non labiorum. Neq enim verba deprecãtis deus intendit: sed orantis cor aspicit. Quod si tacite cor oret et vox sileat: q̃uis hoibus lateat: deo latere non potest. qui cõscientie presens est. Melius est cũ silentio orare corde sine vocis sono: q̃ solis verbis sine intuitu mentis. Tu autem domine

Nonis augusti. Luna

xviii	xxix	x	xxi	iii	xiii	xxiiii	v	xvi	xxvii
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
viii	xix	i	xi	xxii	iiii	xiiii	xxv	vii	
L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

G

Eodem die fit obitus magistri Johannis Regnard capellani istius ecclesie qui legavit ... distribuendos

A pud prouinciã recie: ciuitate augustana: natalis sãcte afre martyris: que cum esset pagana et meretrix: p doctrinã sancti narcissi episcopi: ad christum cõuersa. et cũ omni domo sua baptizata: pro confessione domini igni tradita est. ¶ Eodem die: sancti vualdi regis anglorum. cuius actus cõmemorat venerabilis beda presbyter in gestis eiusdem gentis. ¶ Augustuduni: beati cassiani episcopi et confessoris ¶ Catalauni: sancti mẽmii episcopi. ¶ Castro corboilo: sancti yonii martyris. ¶ Eodem die: dominici confessoris: ordinis predicatorum patris atq institutoris. Et aliorum sanctorum.

N unq̃ est sine gemitu orandũ. Nam peccatorum recordatio merorẽ gignit. Dum eni oramus: ad memoriã culpã reducimus z magis reos tunc nos esse cognoscimus. Ideoq cũ deo assistimus: gemere z flere debemus: reminiscẽtes q̃ grauia sint scelera que commisimus: q̃q dira inferni supplicia que timemus.

Octauo idus augusti. Luna

xix	i	xi	xxii	iii	xiiii	xxv	vi	xvii	xxviii	A
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K	
ix	xx	ii	xii	xxiii	v	xv	xxvi	viii		
L	M	N	O	P	Q	R	S	T		

Rome via appia: natalis beati sixti episcopi et martyris In cimiterio pretextati. sanctoꝝ martyrū felicissimi et agapiti dyaconoꝝ eius dē. qui cum eo sub decio pariter decollati sunt. Et cum eo etiā quattuor alii: id est ianuarius, magnus vincentius. et stephanus subdiaconi vt i gestis pontificalibus legitur. Passus est cū eis et beatus quartus: vt scribit sanctus cyprianus. In hispaniis ciuitate cōpulto. iusti et pastoris fratrū et martyrū. Qui cum adhuc pueri litteris imbuerentur proiectis in schola tabulis: sponte ad martyriū cucurrerunt. et mox a daciano teneri iussi. cum se mutuis exhortationibus cōstantissime roborarēt: extra ciuitatem producti: a carnificibus iugulati sunt. Et aliorum sanctorum plurimoꝝ martyrū.

Mens qualem se in oratione offert: talem post oratione̅ conseruet. Nam nichil proficit oratio: si denuo committitur: vnde iterum venia postuletur. Ille enim precis desideratū effectum sine dubio ꝑcipit: q̄ qd̄ orādo ablui postulat: deliquēdo nō iterat

Septimo idus augusti. Luna

xx	ii	xii	xxiii	v	xv	xxvi	vii	xviii	xxix	B
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K	
x	xxi	iii	xiii	xxiiii	vi	xvi	xxvii	ix		
L	M	N	O	P	Q	R	S	T		

Apud tusciam: ciuitate aretio. natalis beati donati epi̅ et martyris: sub iuliano imperatore. Qui vt gregorius papa i libro dyalogoꝝ meminit: fractū a paganis calicē sanctū ad missas orando restaurauit. Rome: sanctorum martyrū petri et iuliani cum aliis decemocto. Apud mediolanū: sc̄ti faustini martyris: tempore aureliani commodi martyrizati

Dicitur per prophetā pastorib⁹. Non ascēdistis ex aduerso neqꝫ opposuistis vos murū pro domo israel: vt staretis i prelio

In die domini. Ex aduerso quippe ascendere est quibuslibet potestatibus praue agentibus rationis libera voce contra ire.

Sexto idus augusti. Luna

C	xxi	iii	xiii	xxiiii	vi	xvi	xxvii	viii	xix	i
	A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
	xi	xxii	iiii	xiiii	xxv	vii	xvii	xxviii	x	
	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

Eodem die fit obitus Nicolai ... barbitonsoris qui legavit xxxx s. p. ... foro distribu...

Rome via ostiensi: natalis beati dyaconi et sanctorum martyrū. largi et smaragdi cum aliis viginti. tempore dioclesiani imperatoris. Apud viennā gallie vrbē: sancti seueri presbyteri et confessoris. Qui vt eius gesta testātur: causa euāgelii predicandi laboriosam peregrinationē suscepit. et ad p̄fatā vrbē deueniēs: ingentē paganorum multitudinē: verbo et miraculis ad fidem christi cōuertit. Ipso die. sancti iustini martyris.

Mercennarius quippe est: qui locum quidē pastoris tenet: sed lucra aiarum non querit. terrenis cōmodis inhiat. honore prelationis gaudet; Temporalibus lucris pascitur: impensa sibi ab hominibus reuerentia letatur. Tu autem domine

Quinto idus augusti. Luna

D	xxii	iiii	xiiii	xxv	vii	xvii	xxviii	ix	xx	ii
	A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
	xii	xxiii	v	xv	xxvi	viii	xviii	xxix	xi	
	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

Vigilia sancti laurentii martyris. Apud coloniā tuscie natalis sanctorum secundiani. marcelliani. et veriani. qui tempore decii lubcon sula ri promoto: cesi sunt primū. deinde ī equuleo suspensi: et vngulis abrasi: atqꝫ igne lateribus apposito assati: triumphalem martyrii palmā capite cesi meruerunt.

¶ Rome: sancti romani militis. Qui confessione beati laurētii compunctus petiit ab eo baptizari. et mox iubēte decio: fustibus exhibitus ac tandem decollatus est. Et aliorum sanctorum

Mens nostra celestis est: et tunc orando bene cōtemplatur quando nullis terrenis curis: aut erroribus ipeditur. Apta est enim ad bonum. ī sua natura vero turbatur. Pura est oratio

quam in suo tempore seculi non interueniunt cure. Tu autem.

Quarto idus augusti. Luna

xxiii	v	xv	xxvi	viii	xviii	xxix	x	xxi	iii
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
xiii	xxiiii	vi	xvi	xxvii	ix	xix	i	xii	
L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

E

Rome via tiburtina: natalis beati laurētii archidiaconi. Qui presente decio imperatore post plurima tormenta carceris verberum diuersorum: laminarū ardentiū. ad vltimū in craticula ferrea assatus martyrium compleuit. Eodem die rome: militum centum sexagiutaquinqꝫ. Et aliorum

Longe est animus: qui in oratione cogitationibus seculi fuerit occupatus. Tunc ergo veraciter oramus: quando non aliunde cogitamus. Sed valde pauci sunt: qui tales orationes habeant. Et licet in quibusdā sint: difficile tamē est vt semꝑ sint

Tertio idus augusti Luna

xxiiii	vi	xvi	xxvii	ix	xix	i	xi	xxii	iiii
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
xiiii	xxv	vii	xvii	xxviii	x	xx	ii	xiii	
L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

F

Rome inter duas lauros: natalis sancti tiburcii martyris. Qui sub iudice fabiano cum nudis plantis sup carbones ardentes ingressus: christū maiori confiteretur constancia: duci in terciū ab vrbe miliariū: atqꝫ ibidē gladio aīaduerti iubetur. Item rome: sancte susanne virginis et martyris. Que cum esset nobili prosapia orta: martyrii palmā tempore diocleciani capitis obtrūcatione promeruit. In ciuitate cameraco. sancti gaugerici epī et ꝯfessoris. Apud castellū ebroas sācti taurini epi. Parisius: susceptio sacre spinee corone dñi. ab infidelibus per beatū ludouicū francoꝝ rege feliciter erepte.

Mens que ante orōem vacans deo illicitis cogitationibus occupatur: dum in oratione venerit: confestim illi ymagines rerū quas nuper cogitauit occurrunt: aditūqꝫ precis obstruūt. ne se mens libera ad celeste desiderium erigat. Tu autem.

Pridie idus augusti. Luna

G	xxv	vii	xvii	xxviii	x	xx	ii	xii	xxiii	v
	A	B	C	D	E	F	G	H	J	k
	xv	xxvi	viii	xviii	xxix	xi	xxi	iii	xiiii	
	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

In sicilia: ciuitate catina: natalis sancti eupli dyaconi et martyris sub diocleciano et maximiano augustis. Qui cum diutissime pro confessione dñi torqueretur: tandem martyrii palmã accepit. Apud augustanã vrbẽ: sãcte hylare matris sancte affre martyris. Que cum ad sepulchrũ illius excubaret: ibidem pro fide christi a persecutoribus igni tradita est. cũ digna: et eumenia et euprepia. Passi sunt etiã eodẽ die in prefata ciuitate quiriacus. largio. crescencianus. vernina. iuliana. cũ aliis viginti. Quorum ora primũ pro christo lapidibus contusa: dehinc gladio percussi: optatam martyrii suscepere coronam. In syria: sanctorum macharii et iuliani. Et aliorum sanctorum

Purgandus est primũ animus: atque a temporaliũ rerum cogitationibus segregandus: vt pura acies cordis ad deũ vere et simpliciter dirigatur. Nam reuera tunc impetranda diuina munera credimus: quando simplici affectu assistimus cũ oramus.

Idibus augusti. Luna

A	xxvi	viii	xviii	xxix	xi	xxi	iii	xiii	xxiiii	vi
	A	B	C	D	E	F	G	H	J	k
	xvi	xxvii	ix	xix	i	xii	xxii	iiii	xv	
	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

Rome: beati ypoliti martyris. qui pro cõfessionis gloria iubente valeriano preside: ligatus pedes ad colla indomitorum equorũ: sic per cardetũ et tribulos tractus: emisit spũm Passa est etiam concordia nutrix eius: que ante ipsum plũbatis cesa: martyrizata est. et alii decem et nouẽ de domo eius. qui simul decollati sunt. Eodem die forosille: natalis sancti cassiani. Qui cum adorare ydola noluisset: vocatis pueris quibus docendo exosus fuerat: data est eis facultas eum perimẽdi. Quorum quanto infirmior erat manus: tanto grauiorẽ martyrii penã dilatata morte faciebant. Pictauis: depositio sancte radegũdis

regine. cuius vita virtutibus et miraculorum luce claruit.

Multis modis interrumpitur orationis intentio: dum se per incuriam vana mundi ingerunt in cuiuscumque orātis aīmo. Tunc autem magis diabolus cogitationes curarum seculariū humanis mentibus ingerit: quando orantem aspexerit.

Decimonono kalēdas septembris Luna

xxvii	ix	xix	i	xii	xxii	iiii	xiiii	xxv	vii	
A	B	C	D	E	F	G	H	J	k	B
xvii	xxviii	x	xx	ii	xiii	xxiii	v	xvi		
L	M	N	O	P	Q	R	S	T		

Vigilia assumptionis sancte marie. Rome via appia: natalis beati eusebii presbyteri et cōfessoris. qui a cōstā-tino augusto ob catholice fidei defēsionē: ī quodā cubiculo domus sue iclusus: ibique ī orōne cōstanter pseuerās dormitionē accepit.

Duobus modis oratio impeditur: ne impetrare quisque va-leat postulata. Hoc est si aut quisque adhuc mala cōmittit: aut si delinquenti sibi debita non dimittit. Quod geminū malū dum quisque a semetipso absterserit: protinus securus studio orōnis ī cūbit: et ad ea q̄ impetrare precibus cupit: mentē libere erigit.

Decimooctauo kalendas septēbris. Luna

xxviii	x	xx	ii	xiii	xxiii	v	xv	xxvi	viii	
A	B	C	D	E	F	G	H	J	k	C
xviii	xxix	xi	xxi	iii	xiiii	xxiiii	vi	xvii		
L	M	N	O	P	Q	R	S	T		

Assumptio

Dormitio sācte dei genitricis marie. Cuius sacratissimū corpus et si nō inuenitur super terrā: tamen pia mater ecclesia venerabilē eius memoriā sic festiuā agit: vt pro condi-tione carnis eam migrasse non dubitet. Quod autē illud vene-rabile spiritus sancti templū: nutu et consilio diuino occultatū sit: plus elegit sobrietas ecclesie cū pietate nescire: q̄ aliq̄d friuo-lum et apocrifū inde tenēdo docere. Rome via appia: sancti tharsicii accoliti et martyris. q̄ cū deferret quadā die xpi corporis sacramēta et nec vellet ea discutiētibus prodere: tādiu est fustibus et lapidibus maceratus ab eis: quousque exalaret spiritum. In Nicomedia sanctorum Stratonis philipi et eutychiani cum eorum socijs.

Notandum est quod die mercurii post assumptionem beate marie virginis Obitus pro Johanna Georgine

Augustus

Qui leditur nō desistat orare pro se. Alioquin iuxta dei sen tentiam peccat: qui pro inimicis non orat. Sicut nullū proficit in vulnere medicamentū: si adhuc in eo ferrū sit: ita nichil proficit orō illius: cuius adhuc dolor i mēte vel odiū manet in pectore.

Decimoseptimo kalendas septēbris Luna

D	xxix	xi	xxi	iii	xiiii	xxiiii	vi	xvi	xxvii	ix
	A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
	xix	i	xii	xxii	iiii	xv	xxv	vii	xviii	
	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

In nicea bithinie: natalis beati vrsacii confessoris et militis. Qui sub limo persecutore militia relicta: solitariā vitā agēs: tantis claruit virtutibus: vt et demones expulisse: et ingentē drachonē orando interemisse legatur. Apud ciuitatē metensiū: sancti arnulfi epi. Qui sāctitate vite et miraculoꝝ gloria illustris: heremiticā vitā diligens beato fine quieuit. Rome: sancte serene vxoris quondam diocleciani augusti.

Tantus esse debet orantis erga deū affectus: vt nō desperet precis effectū. Jnuanū autem oramus: si spei fiduciam nō habemus. Petat ergo vt apostolus ait vnusquisque in fide nichil dubitans. Nam qui dubitat: similis est vnde maris que a vēto fertur atque dispergitur. Tu autem domine

Decimosexto kalendas septēbris. Luna

E	i	xii	xxii	iiii	xv	xxv	vii	xvii	xxviii	x
	A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
	xx	ii	xiii	xxiii	v	xvi	xxvi	viii	xix	
	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

Apud affricā: sanctoꝝ martyrū. liberati abbatis. bonefacii dyaconi. serui et rustici subdiaconoꝝ. rogati et septimi monachoꝝ. et maximi pueri. Qui persecutione vuādalica iussu himerici regis pro confessione catholice fidei: et vnici baptismatis defensione speciosum certaminis sui cursum domino coronante perfecerunt. Jn cesarea capadocie: natalis sancti māmetis martyris. qui passus est imperante aureliano sub alexandro preside. Jpso die: octabe sancti laurentii.

Qui a preceptis dei auertitur: quod in ordine postulat non meretur. Nec impetrat ab illo bonũ quod poscit: cuius legi nõ obedit. Si enĩ id quod deus precipit facimus: id quod petimus sine dubio obtinemus. Nam sicut scriptũ est. Qui auertit aurẽ suam ne audiat legem: oratio eius execrabilis erit.

Decimoquinto kalendas septẽbris Luna

ii	xiii	xxiii	v	xvi	xxvi	viii	xviii	xxix	xi
A	B	C	D	E	F	G	H	J	K
xxi	iii	xiiii	xxiiii	vi	xvii	xxvii	ix	xx	
L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

Apud pnestinã ciuitatẽ: miliario ab vrbe vicesimotercio natalis sancti agapiti martyris. qui cũ esset annorũ qn decim: et amore xpi martyrio ferueret: iussu aurelii imperatoris tentus est. ac primo neruis crudis diutissime cesus: deinde a pside anthioco grauia patitur supplicia. exinde cũ pcepto imperatoris leonibus subiceretur: et minime esset lesus: gladio mistrorũ coronãdus pcutitur. Eodẽ die rome: beatorũ psbyterorũ iohãnis et crispi. Qui psecutiõe diocleciani: multa scõrũ corpa officiosissime sepelierũt. quorũ meritis postmodũ sociati gaudia vite meruerũt. Via lauicana: scẽ helene matris ɔstãtini ipatoris.

Leuemus corda nostra: cum manibus ad dñm. Cor enĩ cũ manibus leuat: qui orõem cum opere subleuat. Nam quisquis orat et non opatur: cor leuat et manus non leuat. Quisqs opatur et non orat: manus leuat et cor non leuat. Sed qr et operari necesse est et orare: bene iuxta vtrũqs dictũ est. Leuemus corda nostra cum manibus ad dominum: ne de negligentia mandatorum reprehendamur. Tu autem domine

Decimoquarto kalendas septẽbris. Luna

iii	xiiii	xxiiii	vi	xvii	xxvii	ix	xix	i	xii
A	B	C	D	E	F	G	H	J	K
xxii	iiii	xv	xxv	vii	xviii	xxviii	x	xxi	
L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

Natalis sancti magni. et sancti andree martyrũ: cum sociis suis duobus milibus qngentis nonoginta et septẽ In pago sigisterico: bti dõati psbyteri. q ab ipsis īfãcie rudimẽtis

mira dei gratia preditus: anachoriticã vitã multis annis exegit. et miraculoꝝ clarus migrauit ad christũ. Rome: sancti iulii senatoris et martyris: qui iubente cõmodo imperatore tãdiu fustibus est cesus: donec emitteret spiritum. In territorio bituricensi: sancti mariani confessoris. Et alioꝝ sanctorum

Culpabiliter manus ad dñm expandit: qui facta sua orãdo iactanter prodit. Sicut phariseus in templum iactanter orabat: secꝫ magis ꝙ deum de operibus iustis laudari volebat

Decimotertio kalendas septẽbris Luna

A	iiii	xv	xxv	vii	xviii	xxviii	x	xx	ii	xiii
	A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
	xxiii	v	xvi	xxvi	viii	xviii	xxix	xi	xxii	
	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

Samuelis prophete. Cuius sacra ossa vt hieronym⁹ scribit: augustus archadius de iudea transtulit thraciam. Eodem die: beati porphirii hois dei. q̃ sanctũ martyrẽ agapitũ erudiuit ĩ fide xpi ꝛ doctrina. Herio insula: sci philiberti abbatis. q̃ post miliciã temporalem xpi tirocinio mancipatus: monasterioꝝ extitit fundator deuotus Ciuitate corduba: scõꝝ monachoꝝ leonigildi et christofori. quoꝝ corpora post abscisionẽ capitis igni tradita sũt. In territorio lingonẽsi bti bernardi

Non multiloq̃o audiũtur hoies a deo: quasi p̃limis eũ vbis conẽtur iflectere. Neqꝫ eni conciliat eũ multiplex orantis sermo sed pura sinceraqꝫ orationis intẽtio. Bonũ est semp corde orare bonũ etiã et sono vocis deum spiritalibus hymnis glorificare.

Duodecimo kalendas septembris Luna

B	v	xvi	xxvi	viii	xix	xxix	xi	xxi	iii	xiiii
	A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
	xxiiii	vi	xvii	xxvii	ix	xix	i	xii	xxiii	
	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

In territorio ciuitatis ganalitane: passio sancti priuati episcopi et martyris. Qui passus est persecutione valeriani et galieni. Eodem die: natalis sanctorum martyrum bodosi: et maximiani. quorum gesta habentur. Ciuitate salona: sancti anastasii martyris. q̃ pro ꝯfessione nominis

christi iubente aureliano imperatore interemptus est.

Nichil sola voce prodest canere sine cordis intentione: sed sicut ait apostolus cantantes in cordibus. hoc est non solũ voce sed corde psallẽtes. Unde et alibi. psallã spiritu: psallam mente

Undecimo kalendas septembris. Luna

vi	xvii	xxvii	ix	xx	i	xii	xxii	iiii	xv
A	B	C	D	E	F	G	H	J	K
xxv	vii	xviii	xxviii	x	xxi	ii	xiii	xxiiii	
L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

C

Rome via ostiensi. natalis beati timothei martyris. Qui tentus ab urbis prefecto et longa carceris custodia maceratus: cum sacrificare ydolis noluisset: tertio cesus et gravissimis suppliciis attrectatus: ad ultimũ decollatus est. Eodem die: augustuduno. sancti simphoriani martyris. tempore aurelii imperatoris. Qui cum ydolis sacrificare nollet: primo verberibus affectus: deinde carceri mancipatus ad ultimũ ceso capite martyriũ consummavit. In portu romano: sanctorum peregrinorũ martyrũ marcialis. epictei. saturnini. aprilis et felicis cum sociis eorum. Item rome: sancti antonini martyris. qui cum se xpianum libere fateretur: iubẽte vitellio iudice: capitali sententia est damnatus: viaque aurelia sepultus.

Sicut orationibus regimur: ita psalmorũ studiis delectamur. Psallendi enim utilitas tristia corda consolatur. gratiores mentes facit: fastidiosos oblectat. inertes exsuscitat. peccatores ad lamenta invitat. Nam quamvis dura sint carnalia corda: statim ut psalmi dulcedo insonuerit: ad affectum pietatis animũ inflectit. Tu autem domine

Decimo kalendas septembris Luna

vii	xviii	xxviii	x	xxi	ii	xiii	xxiii	v	xvi
A	B	C	D	E	F	G	H	J	K
xxvi	viii	xix	xxix	xi	xxii	iii	xiiii	xxv	
L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

D

Natalis sctõrum martyrũ dõati. restituti. valeriani. fructuose cũ aliis duodecim: qui pclarissio gfessiõis honore apud

antiochiam coronati sunt. Eodem die: beati zachei episcopi qui quartus a iacobo ierosolimorum ecclesia clarissime claruit. Apud liceam ciuitate egea: sanctorũ martyrũ claudii. aste rii et neonis. qui post acerba tormenta cruci affixi sunt. In portu vrbis rome: sancti ypoliti. quiriarici et achillai. Alexandrie: sancti theone episcopi: venerabilis et vere deo digni. Item natalis sanctorum timothei et appolinaris. qui apud remensiũ vrbem consummato martyrio celestia regna meruerũt. Lugduno gallie: sanctorum martyrum mineruii. eleazari: cum filiis octo. Et aliorum sanctorum plurimorum

O rationibus mũdamur: lectionibus instruimur. Utrũque bonũ est si liceat. si non liceat: melius orare quam legere. Qui vult cum deo semper esse: frequenter debet orare: freq̃uẽter et legere. Nam cum oramus ipsi cum deo loquimur: cum vero legimus deus nobiscum loquitur. Tu autem domine

Nono kalendas septembris Luna

viii	xix	xxix	xi	xxii	iii	xiiii	xxiiii	vi	xvii
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
xxvii	ix	xx	i	xii	xxiii	iiii	xv	xxvi	
L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

E

Natalis beati bartholomei apostoli. q̃ apud indiã christi euangeliũ predicans: decollatione martyriũ cõpleuit. Huius apostoli sacratissimũ corpus primũ ad insulã lipparis. deinde beneuentũ translatũ. pia fideliũ veneratiõe honoratur. Eodem die apud cartaginẽ. trecentorũ martyrũ. qui passi sunt tempore valeriani et galieni. Deinde post supplicia sibi illata: christum dei filium deum fatentes. in clibanũ calcis accensum dimersi sunt. Ex quo etiam cãdidatus ille exercitus beatorũ. musa candida meruit nũcupari. Ciuitate rotomago. sancti audoeni confessoris q̃ seculũ salubriter despiciens: sanctitatis merito epi adeptus est honorẽ. Mineruis. patricii abbatis.

Nemo potest sensum scripture sancte cognoscere: nisi legẽ dei familiaritate. sicut scriptũ est. Ama illam et exaltabit te. glorificaberis ab ea: cum eam fueris amplexatus. Tu autem

Octavo kalendas septembris. Luna

xix	xx	i	xii	xxiii	iiii	xv	xxv	vii	xviii	F
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K	
xxviii	x	xxi	ii	xiii	xxiiii	v	xvi	xxvii		
L	M	N	O	P	Q	R	S	T		

Rome: natalis sanctoꝝ martyrū eusebii. potentiani. vincentii et peregrini. sub cōmodo imperatore. Qui primo in equuleū levati: nervis quoqꝫ distenti: ac deinde fustibus cesi sunt. flammis circa latera eorum appositis. Sed cum in laude christi fidelissime permanerent: plumbatis usqꝫ ad emissionez spiritus mactati sunt. ¶ Item rome: sancti genesii martyris tempore diocleciani augusti. Qui fustibus primo crudelissime cesus: deinde in equuleo suspensus. et ungularū diutissima laceratione vexatus. lampadibus etiam inflammatus: cum in fide persisteret dicens: non est rex preter christum pro quo si milies occidar: ipsum michi de ore. ipsuz michi de corde auferre nō poteris: martyrii coronam capitis obtruncatione compleuit. ¶ Eodem die: beati genesii martyris arelatensis: qui exceptoris functus officio. cum impia quibus christiani puniri iuberentur edicta nollet accipere: comprehensus atqꝫ decollatus: martyrii gloriam proprio cruore baptizatus accepit. ¶ In hispania: civitate italia. geroncii episcopi et cōfessoris in carcere quiescentis. ¶ Item depositio beati ludouici francorum regis illustrissimi ac gloriosissimi. Et aliorum sanctorum

Quanto quisqꝫ magis in sacris eloquiis assiduus fuerit: tanto ex eis uberiorem intelligentiā capit. Sicut terra que q̄to amplius excolitur: tanto uberius fructificat: quanto amplius ad quamlibet arcem homo conscendit: tanto magis ad hōiem ars ipsa descendit: sicut in lege scribitur. Moyses ascendit in montem: et dominus descendit. Tu autem domine.

Septimo kalendas septembris. Luna

x	xxi	ii	xiii	xxiiii	v	xvi	xxvi	viii	xix	G
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K	
xxix	xi	xxii	iii	xiiii	xxv	vi	xvii	xxviii		
L	M	N	O	P	Q	R	S	T		

Rome: natalis beati zephirini pape: ꝛ sanctoꝝ martyrū
hyrenei et abundii. qui in passione beati ypoliti legum
tur Apud victimiliū castrū italie: natalis beati secūdi mar
tyris viri spectabilis et ducis ex legiōe sanctoꝝ thebeoꝝ. Itē
ciuitate pergamis. sancti alexandri martyris. qui et ipse vnus
extitit ex legione thebeoꝝ. Et cum nomen domini iesu constan-
tissime fateretur: martyriū capitis obtruncatione compleuit.
Antissiodoro: eleuterii episcopi. Et aliorum sanctorum.

Quidam habent intelligentie ingeniū: sed negligūt lectio-
nis studiū. Et quod legendo scire potuerunt: negligendo contē-
nūt. Quidam vero amorem sciendi habēt: sed tarditate sensus
prepediūtur: Quidam assidua lectione sapiunt: q̄d igeniosi per
desidiam non nouerunt. Tu autem domine

Sexto kalendas septembris Luna

a	xi	xxii	iii	xiiii	xxv	vi	xvii	xxviii	ix	xx
	A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
	i	xii	xxiii	iiii	xv	xxvi	vii	xviii	xxix	
	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

Apud capuā: natalis sancti rufi martyris. quē docuit be
atus appolinaris petri apostoli discipulus. cū esset idē
rufus patricie dignitatis. Comis ciuitate: sanctoꝝ marty-
rum marcellini tribuni. et vxoris eius manee. iohānis: serapi
onis et petri. Eodem die: natalis sanctoꝝ martyrū georgii
dyaconi. et aurelii felicis. natalie et liliose. Quoꝝ primus mire
abstinētie monacus ab ierosolimis cordubā adueniēs: cum reli
quis ex eadē vrbe claro germine ortis. diu optatū sibiq̄ a dn̄o
premonstratū meruit assequi martyriū. Ciuitate arelatēsi
sancti cesarii epī: mire sanctitatis et pietatis studii viri. Au
gustuduni. sancti siagrii episcopi et confessoris. Et aliorum

Doctrina sine adiuuante gratia: q̄uis infundatur aurib⁹
ad cor nunq̄ descendit: Foris quidem perstrepit: sed interius ni
chil proficit. Tunc autem dei sermo infusus auribus ad cordis
intima peruenit: quando dei gratia mentem interius vt intel-
ligat tangit. Tu autem domine miserere nostri

Quinto kalendas ſeptembꝛ ls. Luna

xii	xxiii	iiii	xv	xxvi	vii	xviii	xxviii	x	xxi
A	B	C	D	E	F	G	H	J	k
ii	xiii	xxiiii	v	xvi	xxvii	viii	xix	i	
L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

B

Rome: beati hermetis martyꝛis viri illuſtris. Qui vt in actibus alexādꝛi pape legitur: pꝛimo carcerali cuſtodie mancipatus. deinde gladio cedente martyꝛium adeptus eſt. ¶ Conſtantinopoli: ſancti alexandꝛi epiſcopi et ↄfeſſoꝛis glorioſi ſenis. cuius virtute orōnis: arrius diuino iudicio condem natus eſt. ¶ In affrica: depoſitio ſancti auguſtini epi ꝛ doctoris. qui pꝛimo de ſua ciuitate pꝛopter barbaros ſardiniā tranſlatus. nuper a rege longobardoꝝ ticinis relatus: et honoꝛifice conditus eſt. ¶ Ipſo die: natalis ſancti iuliani martyꝛis: Qui tempoꝛe pſecutionis: hoꝛtatu beati ferreoli: ex viennenſi vrbe clandeſtino diſceſſu ad territoꝛiū vrbis arimine commigrauit. Vbi tandē defecto gutture moꝛte hoꝛribili necatus eſt. ¶ Apud ſanctonas: ſancti iuliani epiſcopi et confeſſoꝛis. Et alioꝛum

Sicut quoſdā flāma caritatis ſue de⁹ illuīnat vt vitaliter ſapiāt: ita quoſdā frigidos toꝛpēteſqꝫ deſerit: vt ſine ſēſu pſiſtāt

¶ Quarto kalendas ſeptembꝛis Luna

xiii	xxiiii	v	xvi	xxvii	viii	xix	xxix	xi	xxii
A	B	C	D	E	F	G	H	J	k
iii	xiiii	xxv	vi	xvii	xxviii	ix	xx	ii	
L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

C

xiii	xxiiii	v	xvi	xxvi	viii	xix	xxix	xi	xxii
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
iii	xiiii	xxiiii	vi	xvii	xxvii	ix	xx	ii	
L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

B

Iesus christus filius dei: in bethleē iude nascitur. anno cesaris augusti quadragesimo secundo. olimpiadis centesime nonagesime tercie. Eodem die: natalis sancte anastasie sub diocleciano impatore. Que pro confessiōe dñi diutina custodia macerata. deinde cū ducētis viris et septingētis feminis ad insulas palmarias delata: ipsa quidē igni. ceteri vero variis interfectionibus martyriū celebrarunt. Rome in cimiterio aproniani. passio beate eugenie virginis. Que tempore galieni imperatoris post virtutū insignia. post sacros virginū choros: pro xp̄o diu agonizans nouissime gladio iugulata est.

Sollicite debet vnusquisqꝫ viuere: et semp terminū vite sue considerare: vt de contemplatione illius: huius seculi blandicias caueat. Scriptū est enim. In omibus operibus tuis memorare nouissima tua: et ineternum non peccabis. Tu autem

Septimo kalendas ianuarii. Luna

xiiii	xxv	vi	xvii	xxvii	ix	xx	i	xii	xxiii
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
iiii	xv	xxv	vii	xviii	xxviii	x	xxi	iii	
L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

C

Apud ierosolimā: natalis beati stephani prothomartyris qui a iudeis post passionē xp̄i lapidatus est: eodē scꝫ āno ascēsionis ipsius: mēse augusti. Huius venerabile corpus tempore honorii principis: diuina reuelatōe hodie reptū est. Que festiuitates vt doctores asserūt et tradūt historie: pro causa translate sunt. Rome via appia: depositio sancti dyonisii pape. q̄ fidei documentis sub claudio impatore clarus extulit. Eodem die: sancti marini clarissimi viri. qui martyrii triumphum sub imperatore marciano adeptus est. Et aliorum sanctoꝝ.

Venturi exitus hora incerta est: et dū mori quisqꝫ nō existimat: tollitur. Unde vnusq̄sqꝫ festinet: ne i iniq̄tatibꝰ rapiatur.

simulqꝫ finiatur vita cū culpa. Nā incentor diabolus eos quos viuētes accēdit ad vitia: subito morietes ptrahē nititur ad tormenta. Sexto kalendas ianuarii Luna

D

xv	xxvi	vii	xviii	xxviii	x	xxi	ii	xiii	xxiiii
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
v	xvi	xxvi	viii	xix	xxix	xi	xxii	iiii	
L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

a Apud ephesū: natalis beati iohānis ap̄li et euāgeliste. q̄ post exilii relegationē. post apocalipsis diuinā reuelatōnē. post euāgelii reuelationē vsqꝫ ad traiani principis tēpora ꝑseuerans: totius asie fundauit rexitqꝫ ecclesias. Et cōfect⁹ senio. sexagesimo octauo post passionē dn̄i anno. etatis aūt sue nonagesimo et nono mortuus est. ac iuxta eandē vrbem sepultus.

Alexandrie: sancti maximi ep̄i. qui satis clarus et insignis e titulo confessionis effectus est. Et aliorum.

f Sepe diuites i hac fallaci vita: dū de potētie gloria vel rerꝫ abundātia gestiūt: ab his repente hora qua nesciūt iprouiso exitu rapiūtur. atqꝫ absorbente ꝓfundo cruciandi eternis gehēne incendiis deputātur. De quibus bene per ꝓphetā dicitur: ducūt inbonis dies suos: et in puncto ad inferna descend unt.

Quinto kalendas ianuarii Luna

E

xvi	xxvii	viii	xix	xxix	xi	xxii	iii	xiiii	xxv
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
vi	xvii	xxvii	ix	xx	i	xii	xxiii	v	
L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

b Bethleē: natalis scōꝝ innocentiū. qui ab herode rege pro xp̄o interfecti sunt. Ancira galacie: scōꝝ euticii p̄sbyteri ⁊ domiciani diaconi. In affrica natale. scōꝝ victoris castoris: et rogaciani. Et aliorum sanctorum

i Iniquus moriēs. q̄ imitatōe sua m̄ltos ad culpā traxerat delectatōe peccati: multos a culpa reuocat terrore tormēti. testāte psalmista. Letabitur iust⁹ cū viderit vindictā ipioꝝ. manus suas lauabit i sāguine pctōꝝ. In pctōꝝ ei morietiū sāguie iusti lauātur man⁹: q2 dū eoꝝ pēa ꝯspicitur: ꝯspiciētis vita mūdatur.

Quarto kalendas i anuarii Luna

xvii xxviii ix xx i xii xxiii iiii xv xxvi
A B C D E F G H I K F
vii xviii xxviii x xxi ii xiii xxiiii vi
L M N O P Q R S T

i Ierosolimis: dauid regis: Apud arelatū: natalis sācti trophini. cuiꝰ meminit paulus scribēs ad timotheū. q̄ ab eodē apostolo eps ordinatus: p̄fate vrbi primus ad xp̄i euāgeliū predicandū directus est. Ex cuiꝰ fonte vt papa zosimꝰ scribit: tota gallia fidei riuulos accepit. In pago ozimēsi: sancti ebulfi ꝯfessoris. Apud cantuariā: passio sancti thome epi: intra septa ecclesie sue a carnificibus pro causa ipsiꝰ ecclesie crudeliter trucidati. Apud bituricā aquitanie primatē. depositio beatissimi vrsini ꝯfessoris. primi bituricēsiū archiepi: a beato clemēte ad p̄dicandā xp̄i fidē illuc trāsmissi. Hunc tradūt hystorie a dn̄o natanael appellatū. et in cena illius quando pro mundi redēptione statim passurus erat. lectoris vsum officio.

i In exitu vite: aīe electoꝝ nimio terrētur metu: icerti vtrū ad p̄miū an ad suppliciū transeant. Quidā aūt electi in fine suo purgantur a leuibus quibusdam peccatis. Quidā vero in ipso suo fine hylarescunt. eternorū contemplatione bonorum.

Tertio kalendas ianuarii Luna

xviii xxix x xxi ii xiii xxiiii v xvi xxvii G
K B C D E F G H K
viii xix xxix xi xxii iii xiiii xxv vii
L M N O P Q R S T

a Apud spoletū: natalis beati sabini epi. exuperācii & marcelli diaconoꝝ: et venustiani cū vxore et filiis sub maximiano īpatore. Ex q̊bus marcellus et exuperācius primo equuleo suspēsi deīde fustibꝰ grauiter macerati post vngulis abrasi: et laterū adustiōe assati: martyriū ꝯpleuerūt. Venustianꝰ autē nō multo post vna cū vxore & filiis gladio necatꝰ est. Scūs vero sabinus post manuū detruncationē: et diutinā carceris relegationē. ad mortē vsq; cesus est. Horū itaq; martyriū licet diuerso extiterit tempore: vno tamen recolitur die. Alexandrie: sancti mansueti martyris cum aliis decem. Et alioꝝ sanctorū.

Quãuis enim quisquã in hac vita sit iustus: tamẽ dum e corpore isto egreditur: ꝑtimescit ne dignus supplicio sit. Nullus est eniz homo absqꝫ peccato. nec quisqꝫ potest de dei securus esse iudicio: cũ etiã de ociosis verbis reddẽda sit ratio. Tu aũt dñe

Pridie kalendas ianuarii Luna

xix xxx xi xxii iii xiiii xxv vi xvii xxviii
A B C D E F G H J K
A ix xx i xii xxiii iiii xv xxvi viii
L M N O P Q R S T

Rome: natalis sancti siluestri pape. cuius actus clari habentur. Apud senones: beatoꝝ sauiniani epi et potẽciani. qui a pontifice romano ad ꝑdicandũ directi: eandẽ metropolim: martyrii sui confessione illustrẽ fecerũt. In eadẽ vrbe sancte columbe virginis. que supato igne: gladio cesa est. Reciarie: sancti hermetis exorciste. Et alioꝝ sanctoꝝ plurimorũ

Quid sit dicere kalendas. Nonas. Idus kalende: vel calende. de calo quod est voco

Quia tunc rome fiebat conuocatio ad Nonas. quod est dicere nũdinas. que semper incipiebant quinto vel septimo die mensis. secundũ ꝙ aliqui menses habent quattuor vel sex nonas. vt infra dicetur. quo die in kalendario et martirologio scribit Nonas Et durabant nũdine octo diebus. vsqꝫ videlicet ad diem quo scribitur Idus. quod idem est quod diuisio. quo die diuidebantur nũdine. vel dicitur Idus quia diuidat mensem. Nam semper est decimustertius vel decimusquintus dies mensis.

Nota ꝙ quilibet mensis habet octo idus que sequũtur imediate nonas ꝑcedẽtes Januarius Augustus et December habent xix kalendas Aprilis Junius September et Noueber xviii. Marcius Maius et October xvii. Februarius xvi. Januarius Februarius. Aprilis. Junius: Augustus September Nouẽber et Decẽber habẽt quatuor nonas. Marcius Maius Julius et October sex

Quod autem in martirologio certis diebus scribitur kalendis Nonis Idibus hoc satis aperte exigit fm grãmaticã proprietas sermonis. Quod vero dicitur decimonono vel octauo kalẽdas nonas vel idus intelligit decimonono vel octauo die ante kalendas nonas vel idus. et sic de aliis numeris subsequẽtibus. Similiter pridie kalendas hoc est precedenti die kalendas idus vel nonas. Et hec amplius habentur in rationali diuinoꝝ. tractatu vltimo et in fine sexti decretaliũ. super verbo Quinto nonas.

Benedictiones ad primã lectionẽ more parisiensi.

A natali domini vsqꝫ ad purificationẽ beate marie

Beate marie filius sit nobis adiutor et propicius

A pascha vsqꝫ ad penthecostem:

Qui cõfregit portas inferni aperiat nobis ianuam paradisi.

In penthecoste et per octabas

Spũssancti gratia illuminet sensus et corda nostra.

In festiuitatibus beate marie et per octabas.

Beate marie virginis filius sit nobis adiutor et propicius

Alio tempore.

Diuinũ auxiliũ maneat semper nobiscum



De St Paul a St ... fray ...

Hi decem et Infiniti alij quorum numerum et nomina solius dei sapientia
dei novit. Regnant in celis et cum Christo gaudent in eternum.
Cum quo regnum et imperium sine fine permanet in secula seculorum Amen.

fluuio precipitari iussus est. Eodem die: natalis sancte aude.

Non est persona in iudicio consideranda: sed causa. Scriptum est enim. nō accipies personā in iudicio. Et iterū. Non misereberis pauperi i iudicio. Qui cōsanguinitatis fauore siue inimiciciarū odio: iudiciū peruertūt: sine dubio in christum qui est veritas et iustitia peccare noscuntur. Tu autem

Decimotertio kalendas decembris Luna

vi	xvii	xxviii	ix	xx	i	xii	xxiii	iiii	xv	
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K	A
xxvi	vii	xviii	xxix	x	xxi	ii	xiii	xxv		
L	M	N	O	P	Q	R	S	T		

Rome via appia: natalis sancti maximi p̄sbyteri et martyris. Qui p̄secutiōe maximiani passus: positus est ad sanctū sixtum. Eodem die: beati crispini ep̄i et martyris. qui ciuitate astiagensi capite amputato martyrii gloriam adeptus est. Apud viennā: sanctorum martyrū: seuerini: exuperii et feliciani. quorum corpora post multa annorū curricula: ipsis reuelantibus inuenta: et a pontifice vrbis: clero et populo honorifice sublata. ac cum digno honore condita sunt. Item sancti fausti dyaconi. Hic grandeuus et plenus dierum confessor perdurās perfecto martyrio: capitis obtruncatione consummatus est

Iniqui iudices errant in veritate sentētie: dum intendūt in qualitate persone. Et exulcerant sepe iustos: dum improbe defendunt iniquos. Tu autem domine

Duodecimo kalendas decembris Luna

vii	xviii	xxix	x	xxi	ii	xiii	xxiiii	v	xvi	
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K	B
xxvii	viii	xix	xxx	xi	xxii	iii	xiiii	xxvi		
L	M	N	O	P	Q	R	S	T		

Rome: beati potentiani pape. qui maximino aduersum ecclesie sacerdotes persecutionē cōmouente: cum ypolito presbytero sardiniā deportatus. ibique fustibus mactatus martyrium cōsūmauit. Corpus aūt eius a bt̄o fabiāo reuelatū. atque cimiterio calixti pape sepultū ē. Cabilonie: sc̄i siluestri ep̄i et cōfessoris. Hic

quadragesimo secũdo sacerdocii sui anno plenꝰ dierũ atqꝫ ꝟtutũ migrauit ad dñm. Apud siciliã: ciuitate mesana. sanctoꝝ ampeli et gagi. Ipso die: ciuitate taurinis. octaui. solutoris et aduentoris. Et aliorum sanctorum + In anglia sancti edmundi regis et martiris.

D iues muneribꝰ cito corrũpit iudicẽ. paup aũt dũ non hꝫ qđ offerat: ñ solũ audiri ꝯtẽnitur: ſꝫ etiã ꝯtra ꝟitatẽ opprimitur

Undecimo kalendas decẽbris Luna

C	viii	xix	xxx	xi	xxii	iii	xiiii	xxv	vi	xvii
	A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
	xxviii	ix	xx	i	xii	xxiii	iiii	xv	xxvii	
	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

N atalis beatissimi rufi. de quo apostolus paulꝰ ad romanos scribit. In italia ciuitate bobio: depositio sancti columbani abbatis. qui multoꝝ cenobioꝝ fundator et innumerabiliũ pater extitit monachoꝝ. multisqꝫ virtutibꝰ clarus fuit: in senectute bona. Item in hystria: passio sancti mauri martyris. Ipso die. presentatio beate marie virginis.

C ito violatur auro iustitia: nullãqꝫ reus ꝑtimescit culpã: quam redimere se minimis existimat. Plus enim obtinet mẽtem censoris amor lucri: ꝙ equitatis iudicii. Tu autem

Decimo kalandas decembris Luna

D	ix	xx	i	xii	xxiii	iiii	xv	xxvi	vii	xviii
	A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
	xxix	x	xxi	ii	xiii	xxiiii	v	xvi	xxviii	
	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

R ome: natalis sancte cecilie virginis. q̃ sponsum suũ valerianũ et fratrẽ eius tyburtiũ ad credẽdum christo: ac martyriũ perdocuit. et ipsa deinde martyrizata est: ignẽ q̊dem superans: sed ferro occisa. Passa est aũt marci aurelii et ꝯmodi imperatoꝝ tẽporibus. Itẽ rome: scti mauri martyris. q̊ sub celerino ꝑfecto agonizauit. Augustuduni: scti pragmacii epi.

T res sunt munerũ acceptiones quibus contra iustitiam humana vanitas militat: idest fauor amicitiaꝝ adulatio laudis

et corporalis acceptio muneris. Facilius autem peruertitur animus rei corporee munere: quam gratie laudisque fauore. Tu autem

Nono kalendas decembris Luna

x	xxi	ii	xiii	xxiiii	v	xvi	xxvii	viii	xix
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
xxx	xi	xxii	iii	xiiii	xxv	vi	xvii	xxix	
L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

E

Natalis sancti clementis epi. qui quartus a beato petro apostolo romane ecclesie pontificium tenuit. et sub persecutione traiani in mare precipitatus: martyrio coronatus est. Eodem die: sancte felicitatis matris septem filiorum martyrum. que iubente antonino decollata est pro xpo. In pago basbamo sci trudonis psbyteri et confessoris. Parisii. depositio sci seuerini monachi et solitarii. Item ciuitate emerita. sce lucrecie virginis.

Testis falsidicus: tribus est personis obnoxius. Primum deo quem periurando contemnit. Consequenter iudici quem mentiendo fallit. Postremo innocenti: quem falso testimonio ledit.

Octauo kalendas decembris Luna

xi	xxii	iii	xiiii	xxv	vi	xvii	xxviii	ix	xx
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
i	xii	xxiii	iiii	xv	xxvi	vii	xviii	xxx	
L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

F

Rome: natalis beati grisogoni martyris. qui post longa vincula et carceres pro constantissima christi confessione toleratos. iubente diocleciano capite cesus: et in mare proiectus: martyrium consummauit. Item rome: sancti crescenciani martyris. qui in passione beati marcelli pape legitur. Castro blauia: sci romani psbyteri et confessoris. cuius sanctitatis preconium miraculorum gloria declarat. Ciuitate corduba: sanctarum virginum flore et marie: que post diuturnos carceres gladio perempte sunt. Apud perusium tuscie ciuitatem: sancti felicissimi.

Maiorem ingerunt dolorem res ablate: quam parturiebant amorem possesse. Cum graui enim dolore amittuntur: que cum magno amore habentur. Minus autem carendo dolemus: quam minus possidendo diligimus.

Septimo kalendas decembris Luna

G	xii	xxiii	iiii	xv	xxvi	vii	xviii	xxix	x	xxi
	A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
	ii	xiii	xxiiii	v	xvi	xxvii	viii	xix	i	
	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

Hodie die fit sermo in beate Catherine virginis [illegible] sacello [illegible] illa die de festo officium dicte beate Catherine [illegible] fundavit magister Johannes [illegible]

a Apud alexandriam: natalis beate katherine virginis et martyris. Que cum sacrificare ydolis nollet: iussu maxencii imperatoris: bissenis diebus negato cibo et potu ī obscuro carceris ergastulo trusa: et ibidē per columbā angelico pane sustentata. multis etiam aliis tormentoꝝ generibus auxiliāte domino postmodū superatis. ꝯstantissime in fide xpi pseuerās nouissime decollata est. Mox siquidē sancti angeli accesserunt: corpusq; beate virginis per altū in aera visibiliter deportātes: mirabiliter in monte sinay collocauerūt. Qui mōs a decollationis loco viginti diebus itineris et eo amplius remotus est. Itē natalis beati petri alexandrie epi. qui cum esset adornatus virtutibus. in scripturis quoq; diuinis nulli prioꝝ īferior: et sacerdos et hostia dei subito rapitur: atq; ex maximini precepto capite obtrūcatur. Cum quo simul et alii plures ex egypto episcopi trucidantur. fere cum clericis et laicis sexcenti sexaginta.
Item antiochie: sancti herasini martyris. Et aliorum.

Multis mortuus est mundus: ipsi tamen vicissim mūdo mortui non sunt. Bona enim seculi diligunt: et tamen que diligunt minime consequuntur. In vtroq; vacui: quia et futura perdunt: et presentia non acquirunt. Tu autem domine.

Sexto kalendas decembris. Luna

A	xiii	xxiiii	v	xvi	xxvii	viii	xix	xxx	xi	xxii
	A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
	iii	xiiii	xxv	vi	xvii	xxviii	ix	xx	ii	
	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

n Natalis beati lini pape. Qui post petrū primus romanā ecclesiā tenuit annis duodecim: et martyrio coronatus sepultus est in vaticana. Apud alexandriā: sāctoꝝ martyrū fausti psbyteri. dii et ammonii: qui cū beato petro, eiusdē vrbis epō: iubente maximiano trucidati sūt. Augustuduni: sancti

amatoris episcopi. Eodem die. sancte genouefe: et sancti marcelli de miraculo ardentiū: facto in ecclesia beate marie.

e Egestas electoꝝ est ꝙ peregrinantur a bonis sempiternis. et in hoc exilio diutius remorātur. Egestas est reproboꝝ ꝙ abūdant diuitiis: et virtutibus vacuātur. seqꝫ inopes esse nesciūt.

Quinto kalendas decembris Luna

xiiii	xxv	vi	xvii	xxviii	ix	xx	i	xii	xxiii	
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K	B
iiii	xv	xxvi	vii	xviii	xxix	x	xxi	iii		
L	M	N	O	P	Q	R	S	T		

a Apud vrbem viomēsem: natalis sanctoꝝ martyrū agricole et vitalis: quoꝝ posterior prioris seruus fuit antea nunc consors et collega martyrii. Deniqꝫ inde cum cogeretur isdem a psequentibus vt christū negaret: et ille amplius profiteretur dñm iesum christū: omniū tormētoꝝ genera exercuerūt in eum. Nouissime beatū agricolā interemerūt: cruci affigētes. In galliis ciuitate regensi: sancti maximi cōfessoris: qui a primeua etate virtutū omniū gratia preditus. primū lirinēsis cenobii pater. deinde regensis ecclesie episcopus: signis et prodigiis inclytus extitit. Et aliorum sanctorum

g Glorie temporalis sequaces et si foris nitidi sunt fulgore potentie: interius tamen vacui sunt elatione superbie. Sicuti calami exterius quidem nitent: sed interius vacuantur.

Quarto kalendas decembris Luna

xv	xxvi	vii	xviii	xxix	x	xxi	ii	xiii	xxiiii	
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K	C
v	xvi	xxvii	viii	xix	xxx	xi	xxii	iiii		
L	M	N	O	P	Q	R	S	T		

a Apud corinthū: natalis bti sostenis discipuli sancti pauli cuius mentionē facit idē apostolus scribens corinthiis. Eodē die apud affricā: scōꝝ martyrū papini et māsueti epōꝝ q̄ tēpore vuādalice psecutiōis pro fidei catholice defensione candentibus ferri laminis: toto corpe adusti. gloriosū agonē ꝯsummauerūt. Rome: sancti rufi quē cū oī domo sua diocletianus

punitum martyrem fecit. Et aliorum sanctorum.

Bonis bene vtũtur: qui diuitiis sibi ɋcessis in rebus salu=taribus ɋfruũtur. Bonis male vtũtur: ꝗ aut iniuste pro tẽporali lucro iudicant: aut aliquid pro vane glorie appetitu faciunt.

Tertio kalendas decembris. Luna

D	xvi	xxvii	viii	xix	xxx	xi	xxii	iii	xiiii	xxv
	A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
	vi	xvii	xxviii	ix	xx	i	xii	xxiii	v	
	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

Vigilia sancti andree apostoli. Rome via salaria: natalis sancti saturnini martyris et sisinni dyaconi sub maximiano principe. Quos i carcere diu maceratos iussit ꝑfectus vrbis in equuleo leuari: et attrahi neruis et fustibus ac scorpionibus cedi. Deinde flãmas iussit eis ad latera apponi: et depositos de equuleo capite truncari. Eodẽ die apud tholosã: beati saturnini epi. ꝗ in capitolio eiusdẽ vrbis a paganis tẽtus: atq; a sũma capitolii arce ꝑ oẽs gradus ꝑcipitatꝰ: capite colliso: excusso q; cerebro: et omni corpe dilaniato: dignã xp̃o aiam exalauit.

Malis male vtũtur: qui noxias cogitatiões opibus prauis ꝑficiũt. Bene malis vtũtur: ꝗ luxuriã carnalis ɋcupiscẽtie coniugali honestate restringunt. Sed sicut malo bene vti bonũ est sic bono male vti maluꝫ est. Et sicut bono bene vti optimũ est: sic et malo male vti pessimum est. Tu autem

Pridie kalendas decembris. Luna

	xvii	xxviii	ix	xx	i	xii	xxiii	iiii	xv	xxvi
E	A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
	vii	xviii	xxix	x	xxi	ii	xiii	xxiiii	vi	
	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

In ciuitate patras ꝓuincie achaie: natalis sancti andree apostoli. qui etiã apd scithiã predicauit. Hic beatissimꝰ ab egea ꝓcõsule cõprehensus: primo i carcere est clausus: ac deinde grauissime cesus: ad vltimũ vero in cruce appẽsus biduo ibi supuixit. Apud sanctonas. sancti troiani epi magne scitatis viri. ꝗ sepultus terris: celo se viuere multis vtutibꝰ manifestat

Grauiter in deum delinquūt: qui diuitiis a deo ɔcessis: nō in rebus salutaribus: sed in vsibus prauis vtūtur. Ne sciunt eni impartiri: paupibus oppressis subuenire despiciunt et inde magis augent delicta: vnde redimere debuerunt.

December habet dies triginta vnum

kalendis nouembris Luna

xviii	xxix	x	xxi	ii	xiii	xxiiii	v	xvi	xxvii
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
viii	xix	xxx	xi	xxii	iii	xiiii	xxv	vii	
L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

Rome: natalis sanctorꝝ martyrum crisanti et darie virginis . qui post multas quas pro christo lucrati fuerāt passiones: iussi sunt a numeriano imperatore via salaria in arenaria deponi: atqꝫ illic viuentes lapidibus obrui. Item rome: sanctorum martyrum diodori presbyteri: et mariani dyaconi cum aliis pluribus . qui iubente prefato principe martyriū celebrauerunt. Apud ciuitatem magonciā: natalis beati albani martyris. Ciuitate nouiomo: sancti eligii epi et confessoris . cuius vitam admirandam multiplex signorum numerus cōmendat. Ipso die: sancte nathalie vxoris sancti adriani martyris. Ciuitate narma: sancti proculi presbyteri. Et aliorum

Terrena omnia seruando amittimus. largiēdo quoqꝫ seruamus. Patrimoniū enim retentū perit manet autem erogatum . Diu enim cum rebus nostris durare nō possumus: quia aut nos illas moriēdo deserimus: aut ille nos viuētes deserūt.

Quarto nonas decembris: Luna

xix	i	xi	xxii	iii	xiiii	xxv	vi	xvii	xxviii
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
ix	xx	i	xii	xxiii	iiii	xv	xxvi	viii	
L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

Natalis sanctorum martyrū veri et securi fratrum. qui apud affricā martyrio coronati sunt. Rome: passio sancte viniane martyris. que iubente iuliano imperatore sacrilego tamdiu plūbatis cesa est: donec spiritum redderet.

Pro diuersitate usus alii de rebus mūdanis pereūt: quas cupidius rapiunt. alii vero saluātur: dum in eorum pulcritudinem. conditoris pulcherrimam prouidentiam laudantes mirantur. vel dum per misericordie opus ex eis celestia bona mercantur. Tu autem domine miserere nostri.

Tertio nonas decembris Luna

A	xx	ii	xii	xxiii	iiii	xv	xxvi	vii	xviii	xxix
	A	B	C	D	E	F	G	H	J	K
	x	xxi	ii	xiii	xxiiii	v	xvi	xxvii	ix	
	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

Rome: natalis sanctorum martyrum: claudii. tribuni et vxoris eius hylarie. ac filiorum iasonis et mauri: cum septuagita militibus. Ex quibus claudium iussit numerianus imperator cum ingenti saxo alligatum in medio mari precipitem dari. milites vero et filios ipsius claudii capitali sententia puniri. Turgi metropoli: passio sancti cassiani martyris. Qui exceptoris diu gerens officium: tandem celitus ispiratus: execrabile duxit christianorum neci deseruire cruentus. Unde renūcians: confessione triumphum meruit obtinere martyrii. Et aliorum sanctorum plurimorum martyrum

Misericordia a compaciendo alicui miserie vocabulum sortita est. Nullus autem in alio esse misericors potest: qui praue viuendo in se misericors non est. Qui enim sibi nequam est: cui bonus est? Tu autem domine

Pridie nonas decembris. Luna

B	xxi	iii	xiii	xxiiii	v	xvi	xxvii	viii	xix	i
	A	B	C	D	E	F	G	H	J	K
	xi	xxii	iii	xiiii	xxv	vi	xvii	xxviii	x	
	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

Apud pontū: beati electi epi et confessoris. qui cum esset eruditionū prerogatiua magnificus: virtus tamē animi et vite sinceritas longe in eo magnificētior extitit. Item alexādrie: sci clemētis psbyteri. q diuinarum eruditionū studio etiā maxime effloruit. Ipso die: scti benedicti abbatis. Parisiis suscepte sunt i ecclesia beate marie reliqe: scilicet pars capillorū +

Hodie fit officium ... Barbare virg ... sacello sti nicolai ... fundacione magistri ... Barbot ... ecclie canonici

+ ... fol xij ...

Et nichilominus hi publici qcubinarii vsqꝫquo cũ eis p suos su-
periores post ipsaꝝ qcubinaꝝ dimissionẽ manifestãqꝫ vite emẽ
dationẽ fuerit dispensatũ: ad susceptionẽ quorũcunqꝫ bonoꝝ di
gnitatũ beneficioꝝ ve sint ihabiles. q̇ si post dispẽsationẽ recidi-
uo vomitu ad hmõi publicũ qcubinatũ redierit: sine spe alicui⁹
dispẽsationis ad p̄dicta prorsus ihabiles existãt. Q̇d si hi ad quos
taliũ correctio ptinet: eos vt dictũ est punire neglexerit: eoꝝ su
periores tã in ipsos de neglectu q̃ i illos pro qcubinatu: modis
oĩbus digna punitiõe aĩaduertãt. In qciliis etiã prouĩcialibus
et sinodalibus aduersus tales punire negligẽtes: vel de hoc cri-
mine diffamatos: etiã p suspẽsionẽ a collatõe beneficioꝝ vl' alia
pena cõdigna seueriter ꝓcedatur. Et si hi quoꝝ destitutio ad sũ-
mũ pontificẽ spectat p qcilia ꝓuĩcialia aut suos supiores ꝓpter
qcubinatũ publicũ repiãtur priuatiõe digni: statim cũ ꝓcessu i-
quisitiõis ipsi sũmo põtifici deferãtur. eadẽ diligẽtia ⁊ inq̇sitio i
quibuscũqꝫ generalib⁹ capitulis et ꝓuĩcialib⁹ quo ad suos seruẽ-
tur. penis aliis qtra p̄dictos ⁊ alios nõ publicos qcubiarios sta
tutis i suo robore pmãsuris. Publici aũt intelligẽdi sũt nõ solũ
hi quoꝝ qcubinat⁹ p sentẽtiã aut qfessionẽ in iure factã: seu p rei
euidentiã que nulla possit tergiuersatõe celari notorius est: sꝫ q̇
mulierẽ de incõtinẽtia suspectã ⁊ diffamatã tenet. ⁊ p suũ supio
rem admonit⁹ ipsã cũ effectu nõ dimittit. Quia vero i quibusdã
regionib⁹ nõnulli iurisdicionẽ ecclesiasticã habẽtes: pecũiarios
q̃stus a qcubinariis pcipere nõ erubescũt: patiẽdo eos i tali fedi
tate sordescere: sub pena maledictionis eterne: precipit ne dein-
ceps sub pacto qpositiõe aut spe alicuius questus. talia quouis-
mõ tolerẽt aut dissimulẽt. Alioq̇n vltra p̄missã negligẽcie penã
dupliũ ei⁹ quod ꝓpterea acceperit restituere ad pios vsus teneã
tur et qpellantur. Ipsas aũt qcubinas aut mulieres suspectas
p̄lati modis oĩbus curent a suis subditis p brachii secularis in-
uocationẽ si opus fuerit penitus arcere: qui etiã ex tali concubi-
natu procreatos filios apud patres suos cohabitare non per-
mittant. Jubet insuper hec sancta sinodus: vt etiam in predi
ctis sinodis et capitulis hec constitutio publicetur: vt quilibet
suos subditos ad ipsarum concubinarum dimissionem mone-
at diligenter. Iniũgit preterea omnibus et singulis secularib⁹

viris etiā si regali ꝑfulgeant: ne vllū qualecūqȝ inferāt impedimētū quocūqȝ quesito colore. ꝑlatis qui ratione officii aduersus subditos suos pro huiusmodi concubinatu procedunt. Et cū oē fornicatiōis crimē lege diuina ꝓhibitū sit: et sub pena pcti mortalis necessario euitandū: monet oēs laicos tā vxoratos ꝙ solutos vt similiter a ɔcubinatu abstineāt. Nimis eni repħēsibilis est q̄ vxorē habet: et ad aliā mulierē accedit. Qui vero solutus: si ɔtinere nolit: iuxta apl'i ɔsiliū vxorē ducat. Pro hmōi aūt diuini obseruātia ꝑcepti: hi ad quos ptinet tam salutaribus monitis ꝙ aliis canonicis remediis omni studio laborent.

De excōmunicatis non vitandis in casu

Ad euitandū scandala et multa picula. subueniendūqȝ cōscientiis tioratis. statuit ꝙ nemo deinceps a cōicatiōe alicui[9] i sacramētoꝝ admīstratōe vel receptōe aut aliis q̄buscūqȝ diuinis vel extra. ꝑtextu cuiuscūqȝ sentētie aut cēsure eccl'iastice seu suspēsionis aut ꝓhibitōis ab hoīe vel a iure generaliter promulgate. teneatur abstinere. vel aliquē vitare. vel interdictū ecclesiasticū obseruare: nisi sentētia ꝓhibitio suspēsio vel cēsura i uel ɔtra ꝑsonā: collegiū: vniuersitatē: ecclesiā: aut locū certū āt certā a iudice publicata et denūciata spāliter ꝫ expsse aut ita notorie i excōicatōis sētētiā ɔstiterit icidisse: ꝙ nulla possit tergiuersatione celari: aut aliquo iuris suffragio excusari. Nam a communione illius abstineri vult iuxta ecclesiasticas sanctiones. ꝑ hoc tamen huiusmodi excōicatos suspensos interdictos seu prohibitos: nō intēdit in aliquo releuare: nec eis quōlibȝ suffragari

De interdictis indifferenter non ponendis

Quoniā ex idiscreta iterdictoꝝ ꝓmulgatōe: multa ɔsueuerūt scandala euenire: statuit hec sācta sinod[9] ꝙ nulla ciuitas. oppidū. castrū. villa aut locus. ecclesiastico supponi possit interdicto: nisi ex causa seu culpa ipsoꝝ locoꝝ dn̄i seu rectoris vl' officialiū. Propter culpā aūt seu causā alteri[9] cuiuscūqȝ priuate ꝑsone: hmōi loca interdici nequaꝙ possint autoritate ordinaria vel delegata: nisi talis ꝑsona prius fuerit excōicata ac denūciata seu in ecclesia publicata. ac dn̄i seu rectores vel officiales ipsoꝝ locoꝝ autoritate iudicis regni sui hmōi ꝑsonā excōicatā isra biduū inde cum effectu nō eiecerint: aut ad satisfaciendū cōpulerint: qua etiam post biduū eiecta recedēte vel satisfaciēte mox diuina resumi possint. Quod etiā in pedentibus locū habebit

De moderatiõe et ꝯcordia grãmatice et music̃e

Ad inuestigandam veritatem. et sedandam discordiã. que frequenter in ecclesiis super obseruatõne mẽsure seu quantitatis sillabarũ oritur (volunt enim qdam ꝙ quecunqꝫ sillaba longa vel breuis est secundũ precepta grammatice prosodie vel prosodice: tam i simplici littera ꝙ in littera notis seu notulis modulata: longa vel breuis suo modo pronũcietur: quod qui vellet obseruare oporteret omia gradalia et antiphonarios destruere: et noua seu nouos condere: cum i ipsis passim super syllabas breues multe note: super longas vero vnica tantũ aduciatur) Sciendũ est ꝙ in ecclesiastico officio ꝙtũ ad pronunciationẽ: duo sunt regulatiua: Cantus: et accentus. Cantu regulantur quecũqꝫ nota seu notis modulãtur: vt sunt antiphone. respõsoria. hymni. introitus, offertoria: et cetera quecunqꝫ in gradali. antiphonario: libro processionũ et similib[9] libris inscribũtur. Accentu regulantur quecũqꝫ simplici littera hoc est sine nota describuntur. vt sunt lectiones in matutinis. epistole: et euangelia. collecte seu oratiões. et similia. Que oportet etiam per virgulas. puncta, et comata: distingui. Et sicut accentus est sine cantu seu preter cantũ. vt nomen sonat: sic et cantus sine accentu. sunt enim scientie disparate: cum tamẽ in vnius tertii: scꝫ officii diuini tendant obsequiũ seu famulatum Unde sicut in conflictu seu bello corporali: non semper ꝫ in omi loco quilibet magistratus belli sua arte vel industria vtitur: cũ ad vnũ finem scꝫ victoriã regis contendant, sed tantũ ꝑ vices Nam si congrediente hostes magistro militũ: magister machinarũ sua arte vel industria hostes concuteret: propriũ exercitũ cum aduerso dispderet: sic valde timendũ est ne nisi loca sua et vices agnoscant cantus et accentus: magnã in ecclesiastico officio ꝯfusionẽ pariat eoꝝ indiscretus conflictus. Jam eni non est qui audeat Magnificat secũdi et octaui toni: vti notatũ est a patrib[9] inchoare: ob hoc qdem qꝛ eius penultima syllaba scꝫ fi. duplici nota scꝫ vt. fa. moderatur vel modulatur: ꝫ vt longa personatur seu personari videtur. Similiter hymnũ Sanctorum meritis inclyta gaudia. secũdi toni. trium scilicet ꝫ ix. lettionũ more pisio: vbi sup sillabã di. de gaudia duplex nota. s. sol fa modulatur: nõ audẽt qdam sicut notatũ est decantare: sed sup gau.

primã notam scilicet sol apponũt: a syllaba sequẽti quod suũ est auferẽtes: atqꝫ in huiusmodi diverticulũ cõfugientes. Illos tñ manifeste reddit ꝯfusos: vocabulũ paulopost sequens: tortia. si militer vltimũ: scꝫ optimũ. quoꝝ secundã syllabã ti. s. i vtroqꝫ necessario producũt. nã non adest eis vt prius aptũ diverticulũ Alioq̄n oporteret totũ cãtũ illũ destruere: qui est multũ cõis in ecclesiis francie. Et ꝑ decursũ hymni in quolibet versu sũt tres vel quatuor pause morose sup̄ syllabas breues vt pꝫ cantãdo. Similiter fieret in hymno Sacris solẽniis in illo cãtu decãtato Contingit autẽ iudicio meo error iste: q2 in ecclesiis maiores de choro: vt plurimũ grãmaticã satis: alias etiã plurimas scias nouerunt: musicã autẽ parũ didicerunt Ideoqꝫ musicã parui- pendentes: sicut vulgatũ est. Quod scit quisqꝫ colit. quod nescit spernit et odit: ad omne propositũ et in omni loco: grãmaticã seu ipsius leges preponũt et dominari volunt: non putantes musicã esse de gimnasio: nec ĩ officio ecclesiastico habere potesta tem aliquam: p̄sertim contra leges seu regulas grãmatice: sed in omnibus illi subici Cum econtra quintilianus libro primo ĩ- stitutionũ oratoriarũ capl'o de laudibus musice: dicat duos phi losophos p̄dicte vtriusqꝫ artis p̄ceptores: architã et aristoxenũ in hanc deuenisse sententiã: vt dicerẽt grãmaticã subiectã mu sice. Quod firmiter credendũ puto. Nam cũ littera nuda notis musice moderatur vel modulatur: musica quasi super eam ma num apponens: suis eam legibus constringit: modos ei et mẽ suras suas adiiciens: que tota consistit in numeris. habetqꝫ vt plurimũ numeros et mensuras a mensuris ipsius littere diffe rentes. Nec esset ei possibile sequi mensurã seu q̄titatẽ syllaba- rum littere. Sapiũt hic mecũ puto musici de minutis vulgari- ter de rebus factis: qui quotidie noua condũt: q̄ difficile esset eis illud obseruare. A quibus accepi inter cetera: ꝙ in suis Magni- ficat: in dispersit superbos. primã syllabam de: sup̄bos duplici nota. secundã vero que est longa positione vnica minima mo- dulantur. Non igitur video factibile. idqꝫ tentare. simile vide retur: ac si quis duos equos idomitos currui iũgat: quoꝝ vnus tarde: alius velociter. vnus illac. alter istac volet transmeare.

Erit igitur oportet cum predictis philosophis musica nõ equus seu iumentũ: sed auriga dirigens currum: litteram. s. nudã et omnes eius syllabas vt dictũ est sue dicioni subiiciens
Sed dicet aliquis. Asseris. sed parũ probas. Ad veritatẽ nescio rationẽ demonstratiuã eoꝝ que dicuntur. nec puto esse. Inquisiui a viris religiosis: si quid scriptũ haberẽt super moderatiõe cantus et accentus: sed minime repperi. Quare videns tantã dissoniã in ecclesia: ad concordiã si possum faciendã: quod michi de probleumate videtur scribere decreui. Erit tamen pro assertorum probatione vbi maior pro nũc haberi nequit cum autoritate p̄dictorũ philosophoꝝ: ꝙ ea vsus probat. Dicunt eni dñi iuriste: ꝙ vsus seu ꝯsuetudo est quoddã ius. Omnes enim codices antiphonarii : et gradales ecclesiarũ tam seculariũ q̄ regulariũ quotquot vidimus: et multos vidimus hunc ritũ obseruant: vt sine differentia super syllabas breues et longas et multas et vnicam quandoqꝫ tantũ notam adiiciant. Patet in hoc nomine dominus. cuius secunda syllaba in inicio prime misse natalis domini trib⁹ notulis modulatur. Similiter in Statuit ei dominus. in Gaudeamus omnes in dño. in Loquetur domin⁹ in festo sanctoꝝ geruasii et protasii. vbi in omnibus istis: trib⁹: quatuor vel sex vt patet in gradali notulis producitur. Sic in maiori missa eiusdem natalis dñi. li. de concilii: quatuor notulis protenditur. Sic prima sacrosancti nois iesus: in vltimo respõsorio prime dñice quadragesime Ductus est iesus in desertũ. duabus. In antiphona ad magnificat quarte ferie pasche. Hoc iam tertio manifestauit se iesus. trib⁹. In secunda antiphona matutinarũ in festo apostoloꝝ petri ⁊ pauli Ait petrus. more biturico et parisio: senonico vero in festo petri ad vincula quinqꝫ In Alleluya Surgẽs ihũs. dominice tertie post pascha more parisio. tredecim notis protẽditur. Que cum vera sint: miror sup errore cuiusdam ecclesie in galliis: que cum in quinto respõsorio dominice annũciationis primã eius vigintiquinqꝫ vel circiter notulis moduletur: nichilominus in hymno Aue maris stella versu penultimo: ibi. vt videntes iesum. cantum suum dimittens qui est la. re. super li iesum. conformiter ad versus precedẽ

tes cantat re. re. tamq̄ velociter primuz re. preterit: vt nouo quodam more atq̄ inaudito: cum suo plano graui et vniformi cantu. minimã immo minimulam organicam nigram videlz atq̄ retortam immiscere non vereatur. Quantum vero ad secundam propositi particulam: q̄ super longas syllabas vnica tantum nota plerũq̄ adiiciatur: patet in prima de gaudeamus de omnes. de testum. super quarum quamlibet vnica tantum nota apponitur. ¶ Sed qui fuerunt isti asini (dicent prefati dñi maiores opinioné predictorũ philosophorũ et cetera que deduximus paruipendentes) qui nobis talia ministrauerũt: Sane respõdetur. sancti hieronymus presbyter ecclesie romane et doctor ecclesie eximius. Damasus Celestinus. et Gelasius summi pontifices. Ambrosius eps siliter doctor ecclesie facundissimus. et Gregorius qui dictus est magnus papa scilz sanctissimus: et doctor ecclesie pernecessarius. qui vt in historiis legitur: neduz litterariũ diuini officii contextum disposuerunt: sed ipsum etiã cantum instituerũt. At quicquid sit de prioribus qualiter p partes et successiue illud ediderint. indubie de sancto gregorio q̃ eorũ postremus extitit. si historiis fide dignis credendũ est: cantũ ordinariũ instituit. Nam preter hoc q̄ historie id clamant: ad perpetuam rei memoriã prima dñica aduẽtus ante introitũ misse in plerisq̄ ecclesiis: et signanter in ecclesia bituricensi in ipsius gradalis initio inscribitur tanq̄ prohemiũ libri: et cantatur q̄ Gregorius presul meritis z noie dignus: renouauit monimẽta patrum. et composuit hunc libellũ musice artis schole cantorũ anni circulo Quod quidẽ intelligitur de gradali romano: a quo nostra in ecclesia latina deriuata sunt: et in modico differentia. Fertur et in huius rei ampliorẽ certitudinẽ: q̄ rome conseruatur locus seu schola cantus illius. Insuper et codices cantus antiquissimi ab ipso confecti: i quibus pre vetustate vix aliquid põt cognosci pro iocali precioso cõseruantur et ostendũtur. Isti sũt illi boni asini: et inter eos vltimus precipuus qui fecit consummationem: qui nobis hoc frumentũ saluberrimũ attulerũt et contriuerũt: quod nostri dentes egroti masticare vel fauces degluti re non possunt. Sed quero ab ipsis dominis q̃ tam pias aures

Cantus videlicet et accentus: in ecclesiastico officio

ac teneras habent: vt nichil breue produci seu prolongari: aut econtra audire valent: nunquid secundū regulas grammatice sue oportet primā syllabam cuiuslibet dictiōis dissyllabe latine ꝙtunc̄cūq; breuem in accentu longam fieri⸗ Quod durius sonat vel De torrente in via bibit. tertio vel septimo tono modulatū: vel Magnificat. secūdo vel octauo. Vult vnū grāmatica. vult aliud et musica: que vt diximus in his est magistra. Nam psalmodia ꝙtum ad mediationē et finitionē regitur grammatica: supposita musica que prius dedit modulum suum siue cantum. qui in proposito dicitur tonus primus vel secundus. zc. Et bene ꝯcordant in hoc passu grāmatica et musica. ita ꝙ supposito tono quem dedit musica: grammaticus adueniens optime reget psalmodiā cum dicto tono. ad quem etiam spectat: ponēdo duas breues pro vna longa: attendendo si est aliqua dictio monosyllaba que sit pars orationis de pricipalibus: aut dictio extranea sicut dauid israel zc. quia secundum hoc variatur. Nam in his requirūtur pauciores syllabe. presertim in mediatione. Non sic de principio psalmi: quia regitur totaliter cantu. Quod patet. quia siue prima syllaba vel secūda vel tertia sit breuis vel lōga: sit etiam dictio monossyllaba vel polissyllaba: latina vel barbara: nichilominus vniformiter decantatur. Patet in Dixit dñs et Beatus vir septimi toni z aliorum tonorum. vbi nō obstāte ꝙ prima de dixit sit lōga: z de beatus breuis: nichilominus vniformiter decantantur. In quibus manifeste patet differentia cantus et accentus. Sunt et alia quedam in ecclesiastico officio cantu pariter et accentu moderata: vt prefatio. z pater noster ī missa. lectiones puerorum tribus diebus ante pascha: passiōes Liber generationis. in matutinis natalis dñi. z similia. que qꝛ de verbo ad verbum sunt notata: nichil ibi dicitur: nisi ꝙ rite videntur composita. Concluditur ergo inter cetera ꝙ hymnus Sanctorum meritis: de quo supra. immo z ceteri hymni: aut cantica vti notata sunt in omnibus suis partibus nichil īmutando decantabuntur. Magnificat etiā secūdi toni: octaui:

et aliorum in suo tenore stabit, nec in aliquo corrigetur: sʒ sicut
antiqui sancti patres quos noiauimus ac p̄cipue gl'ĩus ator egre
gius sanctus gregorius: doctus grāmatic⁹: doctus musicus: et
plenus spiritu sancto ea decātari instituit: inuiolabiliter obser
uabitur. Similiter incipiendo introitū. antiphonā. hymnū, et
similia. vbi moris est ꝓducere seu modulare penultimā syllabā
non propter hoc si breuis occurrat: modulatio dimittetur. sed e
qualiter sup longā et breuē fiet. modulabiturq; vniformiter pe
nultima de Gaudeamus. de Statuit. de Ne timeas. et de Bea
ta nobis gaudia. Similiter faciendū est de penultima toti⁹ can
tici. introitus videlʒ antiphone et hymni. q̄r merus cātus est.
Vbi aūt in lectionibus matutinarū aut misse cōparebūt: scd̄m
leges grāmatice debita q̄ntitate mensurabuntur. Sic nec regu
lari habent p̄dicta cantica pūctuali scd̄m grāmaticā diuisione:
ita videlʒ vt oporteat ab incipiente vel icipiētibus, vel etiā in
decursu a simul cātātib⁹. ad aliquā etiā virgularē pausā vt ibi
q̄escatur deuenire. sʒ ⁊ īter adiectiuū ⁊ sbm̄. appositū ⁊ supposi
tū. et alia q̄ntūcūq; suspēsiua. vbi cātui seu cantātib⁹ cadētia seu
pausa cōmoda videbitur: pausandū est. Hic rite i eccl'ia p̄isiēsi q̄
incipiūt dicūt tm̄ Regina: et chorus dicit. celi letare ⁊c. q̄m ē ibi
cadētia scd̄m cantū q̄dē: nō scd̄m grāmaticā decentissia. Quiuo
in h̄oē īter Regina ⁊ celi. aut silēa pausaret: ab oīb⁹ pena īfamie
strepitu videlʒ plectēd⁹ eēt. Sic i ꝓsa de scō bartholomeo: vsu q̄
īcipit Ruga carēs et: ibi statim post et quo nihil est magis suspē
siuū: ꝯformiter ad vsū p̄cedentē pausatur ⁊ pausandū ē. cātu id
exigēte. ¶ Precor aūt oēs et singulos vt si q̄d ꝯformiter ad ea q̄
hic dicta vel scripta sūt: addere nouerit: aut etiā aliter senserit:
michi Johāni le Munerat p̄isio scholastico. vel p̄sonaliter vel si
mili industria multiplicatū notū faciāt. Nam desiderio inq̄rēde
veritatis: ⁊ sedande discordi[e] pauca hec a me descripta sunt.

¶ Explicit martirologiū: simul et ātiqua atq; noua regl'a cano
nica seu ecclesiastica: cum tractatu de ꝯcordia grāmatice et musi
ce in ecclesiastico officio. Parisii per guidonem mercatoris: ꝓpe
regiā scolā frācie vulgatā nauarre. ac domo possessiōis eiusdē
scole. arte ipressionis multiplicata. Anno dñi millesimo CCCC
nonagesimo. Mensis iulii die vltimo.



De sainct paul a st denis en fray.

M. Legros

Immensas omnipotenti deo patri filio et spiritui sancto gratiarum referimus
actiones pro quo hec solum mihi admodum necessarium a vobis
humiliter exposco fratres et domini mei: pro me peccatore ad deum
preces porrigatis: ut vestrarum precum interventu omnium meorum
a deo percipere peccatorum veniam: et ad paradisi gaudia
una vobiscum valeam pervenire. Ubi regnat clementissimus dominus
noster Jhesus christus dei filius benedictus cum honore et gloria





